locis liberis: in vicinitate plantarum ſpe⸗
ciei eius. ⁊ quando oritur ex ea vna planta
in toto ambitu loci eſt mortalis. Et que ori
tur in locis termarum eſt ſicut venenum ⁊
habens parua folia ⁊ ſpiſſa eſt mala. Et ſi⸗
militer aſpera ⁊ criſpa: ⁊ ſubnigra simili⸗
ter. Debet autem ſeruari cum abſinchio eo
ꝙ frangit acuitatem eius ⁊ meliorat ſimi⸗ — Repoſitio laure le.
liter conditionem eius. Meſue. Fructus

eius per duos annos ſeruatur. Pla. Et de⸗
bet colligi in iulio: vt notat ſaladinus.
Ex lapide lazuli melior eſt cuius color eſt
viridior in colore lazuli: ⁊ habꝫ maculas au
reas. ⁊ mixtus cum marcaſſita eſt non bo⸗
nus: ⁊ non maculatus etiam eſt nō bonus
⁊ ſimiliter leuis. Meſue.
Lapis armenus ad nos nō peruenit. ſi ta⸗
men ad manus alicuius veniat debet eligi
habens colorem medium inter viridem ⁊
obſcurum terreum ⁊ indum: ⁊ habens ma
cularum diſtinctiones virides ⁊ nigras: et
qui non eſt in lapidis termino: imo eſt diſ⸗
ſolubilis ⁊ pulueriſabilis: ⁊ qui eſt in tactu
leuis carens aſperitate. Meſue.

M

Manna
Mirabolani citrini
Mirabolani kebuli
Mirabolani indi

Manna eſt ros cadens ſuper lapides ⁊ ſu
per quaſdam plantas. Diuerſificatur autē
ſm diuerſitatem rerum ſuper quas cadit.
Cadens enim ſuper lapides eſt ſicut gut⸗
te parue que congelātur ⁊ ſunt ſicut ſemē
Et cadens ſuper plantas ſuſcipit de virtu
te plantarum ⁊ eſt cum permixtione parti
cularum plantarū foliorū ⁊ florum. Ex ea
que cadit ſuper lapides melior eſt que eſt
ſicut ſemen album ⁊ eſt dulcis ⁊ eſt recēs
Poſt iſtam vero in bonitate eſt que eſt ſub
citrina. Fuſca vero ⁊ cineroſa ⁊ antiqua eſt
non bona. Et ex ea que cadit ſuper plātas
melior eſt illa que eſt pauce permixtionis
cum folijs ⁊ eſt ſubalbida ⁊ recens. Meſ.
Et poteſt ſeruari per annum. Platearius.
Sed debet ſeruari cum yſopo aut cum ha⸗   Repoſitio manne
ſce id eſt cum thimo eo ꝙ confortant ope⸗
rationem eius. Meſue.

Mirabolani citrini eligantur cum quinqꝫ
proprietatibus bonis: videlicet in colore vt
ſint citrini multe citrinitatis declinantes
ad viriditatem. Et ſint in pondere graues
⁊ denſi. Et vt in confracturis ſuis inuenia
tur ſicut gummoſitas. ⁊ vt ſint groſſi. ⁊ cor
tex eorum ſit ſpiſſius denſus: completus ⁊
oſſa parua. Meſue. Et debent ſeruari cū   Repoſitio mirabolanorum.
abſinthio aut ſpica aut cum violis et paſſu⸗
lis. Iſta enim ſunt que ipſos emendant in
conditionibus ſuis. Meſue. Seruant̄ ve⸗
ro per quindecim annos. Platearius.

Mirabolani kebuli eligantur cum quattu
or proprietatibus: ſcilicet vt ſint groſſi: et
quāto groſſiores tanto meliores. ⁊ ſint ſub
nigri declinātes ad rubedinē. ⁊ ſint graues
in pōdere cito ſubmerſionis in aqua. ⁊ ſint
habentes ſpiſſitudinem ſuorum corticum
Et debent conſeruari cum eiſdē rebus ſi⸗
cut citrini. Et ſeruantur tanto tempore ſi⸗
cut ⁊ citrini: ſcꝫ per quindecī annos. Pla.

¶ Mirabolani indi eligantur cum quinqꝫ
proprietatibus videlicet vt ſint nigri ⁊ cō
fracti denſitatem habentes ſubſtantie. Et
ſint groſſi ⁊ graues carentes oſſibus. quā⸗
to autē ab his elongantur proprietatibus
tanto a bonitate remoti. Meſ. Et debent
reponi vt citrini. Longiori vero tempore
conſeruantur ꝙ citrini aut kebuli. Pla.

O

Oppoponacum

Oppoponacū eſt gummi ⁊ melius ex eo ē
qđ eſt citrinum extra ⁊ ſubalbidum intus.
Et qđ eſt amarus ⁊ quod facile frangitur
⁊ quod facile diſſoluitur in aqua: ⁊ quod eſt
boni odoris proprie. Meſue. Et debꝫ ſer
uari cum ſtipticis rebus: ſicut maſtix ⁊ ſpi⸗   Repoſitio oppoponaci.
ca ⁊ cum enula. Iſta enim ſigilāt ſibi pro⸗
prietates bonas ⁊ meliorant conditionem
eius. Meſue. Poteſt autem diu ſeruari ſi⸗
ne corruptione.

P

Polipodium

Polipodiū eſt radix plante cuius ortus eſt
ſuper arbores ⁊ ſuper lapides ⁊ eam voca
uit grecus filicē arborū. Qđ autē naſcitur ī
lapidibus humiditatē habet ſupfluam indi
geſtam cauſantē ventoſitatē ⁊ ſubuerſiōē
⁊ nauſeam. Unde melius ex eo eſt arborū.
Et ꝓprie qđ naſcit̄ ſupra arborē ferentē
glandes cum proprietatibus octo bonis:
ſcꝫ ꝙ ſit groſſum ⁊ ſolidū ⁊ nodoſum: ⁊ cu
ius color aliquid participat nigredinis et
rubedinis: ſed paruū. Et cuꝰ color eſt ſicut
color fiſtici: ⁊ ī quo eſt ex aromaticitate ali
quid: ⁊ in cuius ſapore eſt dulcedo cū ſtipti
citate derelinquens in guſtu ex amaritudi⸗
ne aliquid. vltimo ⁊ quod eſt recens. Me
ſue. Et debet ſeruari cum dauco: feniculo:
aniſo: aut zinzibere. Talia enim rectificant   Repoſitio polipodij.
operationem eius. Meſue. Per biennīū
ſeruatur. Platearius.

R

Reubarbarum

Reubarbarū laudatur qđ eſt ſubnigrū de⸗
clinans ad rubedinē: ⁊ qđ eſt graue cū rari
tate ſua. Et in quo etiā in fracturis ſuis in
uenitur diſgregatio ex ruffo ⁊ glauco: ⁊ qđ
eſt crocee tincture: ⁊ qđ eſt recens. Meſ.
⁊ qđ maſticatū tingit vt crocus. Plateariꝰ
Debet autem conſeruari cum ſpica q: eſt ꝑ   Repoſitio reubarbari.
prij iuuamenti cū ipſo. Meſ. Et per tres
annos aut quattuor ſeruatur. Pla. Et ꝑſer
uatur a putrefactōe ⁊ corruptōe ſi ſuplinia
tur ei cera ⁊ terebentina liquefacta: aut ce
ra ſola: aut ſupliniatur melle tabazed. aut
ſepeliatur in milio aut pſilio. Conſeruatur
enī eſſe ipſius ſic tempore longo. Meſue.

Serapinum
Sarcocola
Squila   Serpentaria

Scamonea
Sene
Serapinum eſt gummi. Et melius eſt cu⸗
ius coloꝛ eſt intra ſubꝛubeum ⁊ ſubalbidū:
⁊ quod habet odoꝛem poꝛroꝛum: ⁊ qđ eſt
facile reſolubile in aqua: ⁊ quod eſt clarum
cum ſpiſſa ſubſtantia. Et quod ex eo eſt le
uius eſt melius. Et quod non eſt in vehe⸗
mentia odoꝛis haſce ſalicet fetide: nec ha
bet odoꝛem galbani. Jpm enim eſt ſic ad⸗
ulteratum. Meſue. Debet autem ſeruari
cum maſtice ⁊ ſpica aut cum ruta: cū opus
eſt vt reponatur pꝛo paſſionibus oculoꝛum
Et enula ſigillat ſibi pꝛopꝛietatem mirabi
lem ad ea que opoꝛtet. Meſue. Diu ſerua
tur in loco ſicco. Platearius.

Repoſitio ſerapini.

Scarcocola eſt gummus ⁊ foꝛtioꝛ eſt ſub
citrinus albo. Et quod eſt amarius melius
Meſue. Et caue a redacta in puluerē: q̄a
ſepe ex alio puluere ſolꝫ ſophiſticari. Pla
tearius. Et debet ſeruari cuꝫ zinzibere aut
coꝛdumeni: quia vigoꝛant eius operatiōeꝫ
Meſue. Et diu ſeruatur ex gummoſitate
quam habet. Platearius.

Repoſitio ſarcocole.

Squilla melioꝛ eſt habens parē. ſola eniꝫ
eſt venenoſa. Adhuc melioꝛ eſt que ſapo⸗
rem habet compoſituꝫ ex dulcedine ⁊ acu
tate ⁊ amaritudine ⁊ que ſplendoꝛem ha⸗
bet in laminis ſuis ⁊ que naſcitur in locis
liberis. Oꝛta enim in locis termarum aut
oꝛta ſingularis eſt mala. Attende tamē ꝙ
exterioꝛes coꝛtices ſiue tunice ſquille pꝛo
pter nimiam caliditatem ſunt moꝛtifere.
Et medie ſunt tēperate. Platearius. Jdeo
ipſis ſolis vtimur. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.
Foꝛma deſiccandi ſquillam. Accipe cepe
crudum ⁊ aufer coꝛticem exterioꝛem eius
⁊ ſcinde in duas partes per longitudinem
eius cum cultello facto ex ligno pini. Dein
de ſepara tunicas abinuicem: et configas
eas in fillo lineo ⁊ imple filum ex fruſtris
eius diſtanter: ita ꝙ fruſtra non tangant ſe
inuicem ⁊ ſuſpende in vmbꝛa in loco ven
toſo ⁊ dimitte donec deſiccentur a vento
abſqꝫ ſole. Bulcraſis vbi ſupꝛa. Et repo⸗
ne cum rafano quia ſibi vigoꝛem pꝛeſtat.
Meſue. Et debet colligi in menſe martij
Saladinus.

Repoſitio ſquille

Ex ſerpentaria melioꝛ pars totius plante
eius eſt radix. Et melioꝛ radix eſt groſſa et
completa ⁊ oꝛta in locis liberis. Meſue.
Et melius tempus collectiōis eius eſt ver
⁊ pꝛincipium eſtatis. Jdem Meſue vt in
menſe martij. Saladinus. Radix in fru⸗
ſtrula diuiſa ⁊ ad ſolem ſiccata per biennū
ſeruatur. Platearius. Debet autem ſerua⸗
ri cum elephanginis ⁊ cum maſtice ⁊ ſpi⸗
ca. Jſta enim boni faciunt operationē eius

Repoſitio ſerpētarie.

Meſue.
Scamonea melioꝛ eſt antiochena: ⁊ arme
na poſt hanc. Que vero fit in partibus no⸗
ſtris: ⁊ coꝛaſceni eſt mala pꝛoꝛſus. Meſue
Laudatur autem ſcamonea in quinqꝫ pꝛo⸗
pꝛietatibus. Pꝛima eſt vt ſit in coloꝛe cla⸗
ra ſicut gummi aut ſubalbida aut varia. Se
cunda eſt vt ſi tangatur confractum eius: a⸗
qua vel ſaliua fiat ſicut lac. Tertia eſt vt ſit
tenera: multe facilitatis ad frangendum et
ad pulueriſandum. Quarta eſt vt ſit ponde
re leuis. Et quinta eſt vt ſit boni odoꝛis ꝓ
pꝛij. non grauis. Remota vero ab his pꝛo⸗
pꝛietatibus eſt non bona. Meſue. ¶ Dicit
Meſue ꝙ ſeruatur per viginti annos. ſed
dicit ſerapio. L. ag. capitulo Scamonea. ꝙ
ſeruatur vſqꝫ ad triginta annos vel quadra
ginta. Sed dicit Meſue ꝙ quāto antiqui⸗
oꝛ tanto debilioꝛ. Debet autē ſeruari groſ⸗
ſa non pulueriꝫata neqꝫ pꝛeparata. Groſ⸗
ſa quidem aut non pulueriſata: dicit Pla⸗
tearius: quia que in puluere redacta eſt nō
tanto tempoꝛe ſeruatur. Et non pꝛepara⸗
ta vt dicit ſaladinus loco ſupꝛadicto: quia
quando pꝛeparata eſt ⁊ tranſierit longum
tempus ſupꝛa ipſam: amittit virtutem ſuā
Ex quo apparet ꝙ non debꝫ pꝛeparari: ni
ſi quando opus eſt vſu eius: aut per modi⸗
cum tempus ante. Et debet ſeruari cuꝫ ci
tonijs ⁊ alijs ſupꝛadictis: quia rectificant
operationem eius ⁊ eius ſeua nocumenta
repꝛimunt: vt Meſue caplo de ſcamonea.

Repoſitio ſcamonee

Ex ſene pꝛeeligitur foliculus: deinde folia
⁊ melioꝛ foliculus eſt cuius coloꝛ accedit ad
viriditatem ⁊ ſubnigredinem quandam: ⁊
in quo eſt de amaritudine res modica cum
ſtipticitate ⁊ qui eſt magis completus: ⁊ in
quo ſunt ſemina ampla compꝛeſſa. ſubal⸗
bidus autem non eſt bonus ⁊ incompletus
ſimiliter. Et melioꝛa folia ſunt viridia: ſub
albida vero ⁊ tenuia non bona. Et antiquū
ex eo eſt ſine ſpiritu. Et ſtipites eius ſunt
inutiles. Meſue. Debet autem ſeruari cuꝫ
zinzibere ⁊ medicinis ſtomaticis ⁊ coꝛdia⸗
libus vt eſt maſtix. ſpica. crocus. roſe: ⁊ ſi⸗
miles: quia talia melioꝛant operationem
eius. Meſue.

Repoſitio ſene.

T

Tamarindi
Turbith.
Eligantur tamarindi cum ſex pꝛopꝛieta⸗
tibus: ſcilicet vt ſint nigri non vere nigri⸗
dinis cum luciditate ⁊ teneri ⁊ mixti cum
vilis qui ſunt ſicut radices ⁊ ſint recentes
⁊ pingues abſqꝫ deſiccatione: ⁊ ſint cū dul⸗
cedine acetoſitatis pauce: veri: puri: non
pmixti. Meſue. Debent autē ſeruari cum
confoꝛtantibus ſtomacū calidis: vt eſt ſpi⸗
ca macis ⁊ maſtix: quia talia coꝛrigunt ma⸗

Repoſitio tamarindoꝛum.

leſicium quod impꝛimūt in ſtomachum fri-
gidum. Meſue. Et per decem annos ſer-
uantur. Platearius.
Turbith eligatur cum pꝛopꝛietatibus ſe-
ptem bonis: ſcilicet vt ſit album ⁊ vacuū
arundinoſum ⁊ gummoſum. Et ſit cortex
eius cinericius ⁊ planus: ⁊ ſit recens faci
le frangibile. Citrinum vero eſt malum ⁊
nigrum peius. Groſſum eſt non bonum ⁊
ſubtile, tenue ſimiliter, eſt enim debile: et
antiquū eſt malum. Et quod eſt criſpi coꝛ
ticis ⁊ habens interius dum frangitur ſi-
cut neruos: eſt ſilueſtre ⁊ malum. Et quod
non eſt gummoſum eſt debile ⁊ vētris cō
Repoſitio turbith turbatiuum. Meſue. Cum ponitur in me
dicinis debet radi cortex eius exterioꝛ do
nec album ipſius appareat: ⁊ debet ſerua
ri cū zinzibere, eſt enī ex magis ipſum cō
foꝛtantibus: ⁊ ſigillat ſibi pꝛopꝛietatē mi-
rabilem. Meſue. Et poteſt ſeruari per bi
enniū. Platearius. ¶ Circa huiuſmodi la-
xatiua quattuoꝛ ſunt apotecario notanda.
Pꝛimo debet notare electionem eoꝛum.
Secundo debet notare modum repoſitio
nis. Et tertio debet notare tempus dura-
tionis eoꝛum. Et quarto ⁊ vltimo debꝫ no
tare quantū eſt ex officio ſuo rectificatio-
nem illoꝛum. ¶ De pꝛimo ſcilicet de ele-
ctione laxatiuoꝛum nota ꝙ illa laxatiua ꝗ
ſunt potentioꝛis virtutis ſi ſint leuioꝛa ſūt
melioꝛa. ⁊ quecūqꝫ ſunt grauioꝛa maligna
ſunt. Etenim ſcamonea ⁊ aloe leuioꝛes ꝗ-
dam melioꝛes ⁊ coloquintida ſimiliter: et
agaricus ⁊ ſimilia: niſi ſit ex eis in quibus
requiritur agrauatio ſeu aggregatio ſubſtā
tie ſicut ſunt hermodatili: yꝛeos: ⁊ lapis la
zuli. ¶ Hec enī inferioꝛa ⁊ grauioꝛa melio
ra ſunt. Meſue libꝛo de conſolatione me
dicinarum intentione pꝛima caplo pꝛimo.
Similiter ⁊ medicine habentes humidū
ſuperfluum leuioꝛes quidem melioꝛes ſi-
cut agaricus. turbith. polipodium. ſquilla:
⁊ ſimilia. Meſue ibidē. Et ex medicinis
laxatiuis ille que faciunt operationes ſuas
compꝛimendo: grauioꝛes quidē melioꝛes
ſicut mirabolani ſpecies ⁊ reubarbarū ab-
ſinchium ⁊ succus eius. que enī ex eis gra-
uioꝛes ſunt melioꝛes. Meſue ibidē. Si-
militer ex medicinis quibuſcunqꝫ quecun
qꝫ menſurantur pleno ⁊ vacuo: grauioꝛes
quidem ſunt melioꝛes: ſicut caſſiafiſtula ⁊
tamarindi: ⁊ been: ⁊ cartamus: ⁊ ſimiles.
Meſue ibidem. Similiter ex medicinis
lubificatiuis melioꝛes ſunt grauioꝛes ſicut
pſilium. caſſiafiſtula. pꝛuna. ſebeſten: ⁊ ſi-
milia. Meſue ibidem. Similiter ⁊ medi-
cinarum quarūcūqꝫ ille ſunt melioꝛes que
colligunt̄ in aere claro ꝙ ꝗ in turbido. Aui
cenna in ſecundo canonis capitulo de ele-
ctione medicinarum ⁊ ipſarum conſeruati
one. Similiter ⁊ medicinarum quarūcun-
qꝫ ſilueſtres ſunt domeſticis foꝛtioꝛes ⁊ mi
noꝛis quantitatis ſm plurimum. Auicēna
ibidem. Ab his ergo cauendum eſt medici
nis ſi ſint foꝛtes ex natā ſua ⁊ maligne: vt
a turbith ſilueſtri: ⁊ ſic de alijs. Similiter
⁊ medicine omnes quarum coloꝛ eſt ma-
gis tinctus ⁊ ſapoꝛ magis apparens: ⁊ o-
doꝛ erunt foꝛtioꝛes in genere ſuo. Auicen
na ibidem. Excipitur tamen aloes. Nam
cum ſit de natura rerum habentium amari
tudinem quanto minus amarum tanto me
lius. Et cum ſit de natura rerum fetidarū
quanto minus fetidum tanto melius: vt ſu
pꝛa notatum eſt. Similiter etiam ⁊ in lo-
cis terre libere acquiritur pꝛopꝛietas plan-
tis talis qualem merentur ſm genus ſuū
Et in terra non libera declinant ad latus
exceſſus eius. Unde res humido abundan
tes ſuperfluo in locis oꝛte ſiccioꝛibus me-
lioꝛes. Et ſiccioꝛes in locis oꝛte ſiccioꝛibus
deterioꝛes. Etenim hermodatilus in locis
natus humidis malus eſt. Et ſimiliter tur-
bith: ⁊ agaricus. Et dicitur ꝙ mezereon in
locis termarum malus eſt ⁊ venenoſus. ⁊
ſimiliter cucumer aſininus ⁊ colloquintida
Et dicitur ꝙ ſcamonea coꝛaſceni eſt mala:
⁊ antiochena bona. Et credo ꝙ diſpoſitio
loci: vel aſpectus regulantium ſimiliter nō
eſt hic ⁊ ibi. Meſue ibidem. ¶ De ſecun-
do: ſcilicet de modo conſeruationis earum
ſpecialiter dictū eſt in capitulis pꝛopꝛijs.
Sed generaliter habe pꝛo regula ꝙ ſem-
per debent iuxta ſeinuicem conſeruari me
dicine quecunqꝫ adiuuant ſeſe ⁊ ſeſe me-
lioꝛant in conditionibus ⁊ operationibus
ſuis vt dictum eſt de intentione meſue cū
loquebamur de modo repoſitionis aloes.
Et per oppoſitum nunꝙ̄ debent ſimul con
ſeruari medicine quecunqꝫ ſibi addunt in
malitia vt ſunt due medicine laxatiue acu-
te cuius ob cauſam voluit meſue ꝙ eſula
debet ſeruari longe a ſcamonea ⁊ ab alijs
acutis ⁊ pernicioſis medicinis: quia dicit ip
ſe ſibi addunt in malicia. ex quo textu ſuf-
ficiens elicitur generalis regula ꝙ nunꝙ̄
medicina que eſt ex pernicioſis ⁊ acutis de
bet conſeruari pꝛope aliam ſimiliter perni
cioſam aut acutam que ſibi addat in mali-
cia. ¶ De tertio: ſcilicꝫ de tempoꝛe ſue du-
rationis notandum pꝛimo ꝙ medicine la-
xatiue que herbe ſunt debilitantur poſt du
os aut tres annos: niſi ſint de illis que ex-
cipiunt̄: ſicut duo eleboꝛi ꝗ longioꝛi tempo
re manent. Auicē. loco ſupꝛa alegato. Si-
militer ex medicinis quecunqꝫ ſunt amare

q̃to antiquiores tanto meliores. ſpirat eñ
per antiquitatẽ ſupficies in eis inflãmabi
lis. Similiter oẽs medicine q̃ ſtiptice ſunt
q̃to ſunt iuniores tanto meliores: ⁊ oĩs
mediocres dulces ſunt meliores ⁊ ſimilit̃
inſipide: qꝛ oẽs medicine humide recẽtes
ſuo humido ſupfluo cauſant inflatõnem ⁊
ventoſitatẽ. Et oẽs medicine ſalſe antiq̃o
res ſunt feroſe: ⁊ iuniores ſunt cõturbati
ue: ⁊ cauſant ſubuerſionẽ ⁊ vomitũ. medi
ocres ergo ſunt meliores. Meſ. vbi ſupra
Silr̃ etiã oẽs medicine habentes virtutez
debilẽ ⁊ q̃ ſunt debilis texture. Et q̃ virtu
tẽ habẽt facile reſolubilẽ aut poſitã in ſup-
ficie q̃ ſunt recẽtiores ſũt meliores. Eteñ
antiquaꝝ eaꝝ virtutes reſoluit tp̃s. In cõ
trarijs vero eſt econtra Meſ. ibidẽ. ¶ De
quarto: ſcz de rectificatõe laxatiuoꝝ notan
dũ ꝙ nunq̃ dꝫ dari aliqua medicina laxati-
ua aut cõponi etiã quantũcũq; benigna fu-
erit niſi prius rectificata fuerit modo decẽ
ti. Vñ meſue vbi ſupra. Tua intereſt mali
gnarũ atq; incolumiũ medicinarũ apud te
habere differẽtias. Nam ſunt ⁊ malignaꝝ
q̃dam genera ſup q̇bus de effrenitate non
ambigit̃ ſicut meſereon ⁊ euforbiũ ⁊ in ge
neribus pluribus ſunt ſicut turbith nigruz
⁊ agaricus niger ⁊ colloquintida ſingularis
in planta ſua ⁊ ſcamonea de contracta co-
raſcentia q̇bus elongari oportet: niſi forſi
tan congruant ex eis q̃dam in magnis cau
ſis: ⁊ tunc ſup eis preſumẽdũ eſt cũ timo-
re ⁊ cautela poſt fractõnem tñ malitie ſue
vltimã ſi poſſibile eſt: vel ſaltẽ q̃ meliꝰ fie
ri põt ⁊ ſequit̃ in littera. Et plurimi ſtoli-
doꝝ q̇dem ⁊ precipue ſilueſtres ⁊ noui pre
ſumũt ſup eis nondũ cõſolatis nõ vtẽtes
preuiſiõe ⁊ ignorãtes ꝙ ſunt venenũ ꝑni
cioſum ⁊ ignorãtes leſionẽ quã faciũt poſ
ſidere mẽbra q̃ ſunt minere virtutũ cũ ip-
ſis virtutibus. Et iteꝝ ſubdẽs ait ex aucto
ritate ſua. Inquit meſue. Non tñ has fu-
gere opꝫ: veꝝ ⁊ oẽs etiã ſi elegãtiores ſint
niſi obſeruent̃ cõditiones ⁊ modi correcti
onũ ⁊ rectificationũ eaꝝ quos ipſe ſe dictu
rũ aſſerit in ſequentibus. ¶ Ex hoc patꝫ ꝙ
in hoc quaſi oẽs apotecarij errant cũ confi
ciũt pillulas: cochias: raſis: ⁊ alia multa an
tidota in quoꝝ deſcriptõibus nõ eſt exp̃ſſa
correctio ſolutiuoꝝ niſi prius laxatiua cor
rigant̃ q̃ ipſa cõponant. ¶ Medici enim
confidentes de doctrina ⁊ ſciẽtia apoteca-
rioꝝ interdũ talia ordinãt antidota nõ ex-
primẽdo correctõez talẽ: credẽtes ꝙ debe
ant ab apotecarijs cõfici correcta q̃d de ce-
tero venit notandum ab ipſis apotecarijs.
¶ Laxatiuoꝝ igitur ſupra ſcriptorũ tales
ſunt correctiones de mente auctoꝝ.

De medicinis
laxatiuis

Aloes — Agaricus A
Aloes corrigit̃ ꝑ ablutionem: vt in ſecun-
da particula huius.
Agaricus corrigitur per eius trociſcatõem
vt in ſecundo huius in littera T. capitulo
de trociſcis de agarico.
Belleric B
Bellerici corriguntur ꝑ eoꝝ infuſionẽ ĩ la
cte dulci mutando lac mane ⁊ ſero ꝑ triduũ
poſtea exſiccando in vmbra ⁊ vento. meſ.
Caſſiafiſtula — Colloquintida C
Cucumer azininus
Caſſiafiſtula nõ indiget correctõne niſi in
his qui habẽt ventrẽ lubricũ: ĩ quo caſu ꝓpi
nat̃ cũ maſtice aut cũ mirabolanis. Meſ.
Colloquĩtida corrigit̃ ꝑ trociſcatõez vt in
ſcd̃o huiꝰ ĩ lr̃a T. c. d̃ trociſcis d̃ colloq̃ntid̃
Cucumer aſininus corrigit̃ ſi poſt operati
onem eius accipit infirmus de aqua ordei
mellita: aut de vino: aut oleum. Expellũt
eñ iſta nocumentũ eius a corpore. Meſ.
Emblici — Eleborus E
Eſula — Euforbium
Emblici corriguntur vt bellerici. Et gene
raliter omnes ſpecies mirabolanorum.
Eleborus nõ debet dari in ſubſtantia: ſed
ſolũ virtus eius infuſa in aliquo vt in mã-
na aut melle vel in aliquo ſirupo ex quo fi-
unt cõfectões. Poſtea bonũ eſt addere ĩ ta
libus de epythimo vel de polippodio ⁊ ſa-
le indo: id eſt zuccara candi: q; talia confor
tant ſeſe in virtute. Meſue.
Eſula ſic corrigitur ſi infundat̃ in lacte dul
ci vel acetoſo ⁊ remoueat̃ lac multotiens
⁊ exſiccetur. Meſue de intentione iudei.
Euforbiũ ſic corrigit̃. Accipiant̃ parua fru
ſtra eius ⁊ inuoluantur in oleo amigdalino
⁊ tunc ſepeliant̃ in fiuſtrulis citri: ⁊ deinde
inuoluantur paſta ⁊ decoquantur. Meſue
Lapis lazuli — Lapis armenus. L
Laureola
Lapis lazuli corrigit̃ ꝑ ablutõem vt ĩ ſcd̃a
particula huius ca. de ablutionibus.
Lapis armenꝰ corrigit̃ ꝑ eius ablutõez: vt ĩ
ſcd̃a ꝑticula huiꝰ dicet̃. ca. de ablutionibus
Laureola corrigitur ſic. Infũdant̃ folia eiꝰ
in aceto die vna ⁊ exſiccentur. Meſue. Et
ſubdit ꝙ ſi in predicto aceto coquant̃ aut
infundant̃ citonia: aut maciã aut berberis
erit melius ⁊ ſubdit ꝙ ex hoc ſigillatur bo
nitas almeſereon ad hoc quod oportet.
Mirabolani — Manna M
Mirabolani oẽs corrigunt̃ vt bellerici.
Manna non indiget correctione. Meſue
Oppoponacum O
Oppoponacũ corrigit̃ vt ſerapinum.
Polipodium P
Polipodiũ corrigit̃ ſi cũ aqua caſei ꝓpinet̃

aut iure galli antiqui: addendo ſibi modicū dauci: aniſi: feniculi: aut zinziberis. Meſ.

R Reubarbarum

Reubarbarum ſi detur in emendationem opilationum corrigitur ſi detur cum ſpica ⁊ modico vini albi. Meſue.

S Serapinum	Scarcocola
Serpentaria	Scamonea
Sene	Squilla

Serapinum corrigitur per eius trociſcationem vt in ſcdo huius in littera T. caplo de trociſcis de ſerapino.

Scarcocola ſic debet corrigi. pro colirijs ī funde in lacte aſine per quinq̧ dies infundendo quotidie lac ſuper eam. Uigor aūt etiam operatōem eius zinziber ⁊ cordumeni. Meſue. Nunq̄ ſola accipitur ſed ſemper cū alijs medicinis. Bule. in ſeruitore.

Scamonea ſic corrigitur. Accipe mala dulcia ⁊ diuide in duas partes ⁊ pone illas partes extenſas in fundo vnius olle quātitate groſſitudinis vnius digiti ⁊ expone ſcamoneā ſupra fruſtra malorꝫ vel ſup ipſam carnē malorꝫ tritorꝫ: ⁊ facias vnū lectū ex huiuſmodi carne ⁊ aliū ex ſcamonea ſic gradatī faciendo donec olla ſit ſemiplena. Deinde prepara iterum aliā ollā ſm eandē formā cū malis ⁊ ſcamonea: ⁊ ita tres ⁊ quattuor ollas ſm voluntatē tuā ⁊ pone ollam ſup ollā ⁊ luta orificiū olle cū fundo alterius cū paſta: ⁊ cooperi ſuperiorē ollā cū coopertorio ⁊ opila bene cū paſta etiam ⁊ pone ī medio furni calidi ⁊ dimitte nocte vna vſq̧ mane ⁊ aperi furnum ⁊ ollas ⁊ extrahe ſcamoneā: ⁊ ſi inueneris mala q̄ ſunt ſub ſcamonea ⁊ circūcirca ſicca ⁊ cōbuſta: tunc ea vtendū eſt ⁊ non al's: ⁊ ſunt aliq̇ ex medicis vt meſue q̇ admiſcēt cū aniſo ⁊ ſemine apij ⁊ dauco ⁊ leniūt ante ſcamoneā cū oleo amigdalarꝫ dulciū aut cū oleo violato: aut cū muſcilagine pſilij ⁊ aſſant in malo mundato a granis aut in citolo ⁊ melius ⁊ vtunt. ⁊ iſte modus faciendi cōueniens eſt inter oēs modos: ⁊ ſatis vſitatus. vel corrigitur p trociſcatōem eius: vt in ſcdo huius ī lr̃a T. ca. ꝓprio de trociſcis ⁊ ſcamoñ.

Sene corrigit ſi ꝓpinetur cū iure galli: ⁊ ſit hmōi iuris quātitas magna aut cū ſero caprino ⁊ ſpica: deīde bulliat bullitōe vna aut puluis eius cū lacte dulci ⁊ ſil'r debꝫ eſſe eius lactis quātitas multa. Alij infundunt in muſto albo ⁊ propinant poſt tres menſes huiuſmodi muſtum. Meſue.

Squilla corrigitur per eius aſſationē vt in ſecunda particula huius de aduſtionibus.

Serpētaria corrigit ſic. mundet radix eius ⁊ lauet ī vino: deīde coq̄ in rob aut ī melle addēdo piperis: cinamōi: zīziberis: macis: garioſilorꝫ repone ⁊ ꝓpina vbi opꝫ. Meſ.

T Tamarindi	Turbith

Tamarīdi ledūt ſtomachū frigidū: ſꝫ corrigunt admiſcēdo cū calidis q̄ ſtomacū frigidum habeant confortare: de quibus nuper dictum eſt in iſto caplo cū loquebamur de modo repoſitionis tamarindorꝫ.

Turbith corrigit ſic. In primis abluat cortex eius donec ipſius albū appareat: ⁊ admiſceat ei zinziber. Sigillat eīm ſibi ꝓprietatē mirabilē Meſ. ſcꝫ mediū pōderis eius ⁊ ſuccara ſil'r. Corrigit etiā p trociſcatōeꝫ vt in ſcdo hui⁹ in lr̃a T. ca. de trociſcis de turbith. ¶ Habe ꝓ regula gñali ꝙ maſtix ⁊ ſpica ſunt ex rectificantibus cōib⁹ emēdantibus q̄cunq̧ ex acuitate medicinarum timentur. Meſue in caplo de euforbio.

Capitulum ſextūdecimuꝫ de vaſis in q̇bus debēt reponi p̄dicte medicīe

c Um apotecari⁹ muniuit botecaꝫ ſuā ſimplicibus p̄dictis: dꝫ illa reponere ī locis debitis ⁊ vaſis ad hoc cōuenientibus ſm modū q̇ ſequit. Generaliter oīa aromatica ad aromatizanduꝫ debēt reponi in vaſis aureis aut argenteis deauratis aut in vaſis de porcelonib⁹: aut in vitro cāphora: tñ debent ſeruare in vaſe lapideo de marmore aut ī alio vaſe ſibi appropriato ad cōſeruatōeꝫ ipſius: vt ſupra notatū eſt in ca. de drogulis ⁊ elephāginis Et crocus dꝫ ſeruari in ſacculo de aluta: vt ibidē dictū eſt. Et oēs puluere ſ debent reponi ī vaſe terreo ſtricti orificij ⁊ opiletur os eius cū cera ne reſoluat ⁊ minuat virt⁹ eorꝫ. Et oēs res humide ſicut ſunt ſucci et gūme humide ⁊ cōfectōes liq̇de ac electuaria liq̇da ⁊ ſil'ia opꝫ eſſe ī vaſis groſſis de vitro vel de terra vitreata vel de argēto vl' cornu ⁊ ſilibus. Sꝫ medicine molles q̄ ſūt ꝯueniētes medicinis oculi debēt reponi in vaſis eneis. Sꝫ vnguēta in q̇bus reponit pix ⁊ alkitrā: ⁊ piguedines: ⁊ cerebella: et oē pigue opꝫ reponere ī vaſis factis ex ſtāno. Et olea debent reponi ī vaſis vitreis ⁊ os vaſorꝫ dꝫ ſtringi ne putreāt ⁊ feteāt. Et oē acetoſum qđ dꝫ ſeruari opꝫ reponi ī vaſe linito cera vel pice. Et opꝫ reponere in vaſe vitreo oē vinū qđ hꝫ ſubſtantiā equalē: qđ eſt ſignū ſupra durabilitatē eius ⁊ ſupra ꝓhibitōem ſue corruptōis. Et oē vinū cuius ſubſtātia eſt inequalis qđ eſt ſignū ſup corruptōe eius facile: ⁊ qđ nō poſſet diu ſeruari opꝫ ꝙ reponat ī vaſe terreo vt terra exſiccet hūiditatē ei⁹ ſupfluā q̄ eſt cauſa ſue corruptōis. ¶ Hec notauit de verbo ad verbū Bul. in ſeruitore. Qđ etiā fecit ſaladinus in ſuo cōpendio ad aromatarios.

Capitulum vltimum de medicinis ſophiſticatis ⁊ quomodo ſophiſticantur: ⁊ de modo cognoſcendi.

c Um pꝛedictis ſimplicibus habet apotecarius botecam ſuam ſufficienter munitam: ſupereſt vt illam reuideat ⁊noſcat ſi ſua ſimplicia bona ſint aut ſint aliqua ex eis mala ⁊ ſophiſticata. Deus em̄ oīm exemplar cū pꝛimū mūdum creauit peracto opere aſpexit q̄ fecerat: ⁊ vidit ꝙ oīa erant bene: ⁊ tūc in ſeptimo quieuit. Ge̅n. j. Sic eniꝫ debet facere apotecarius: munita boteca ſua debet videre ſi oīa ſint bene ⁊ decenter oꝛdinata ⁊ ſi etiaꝫ oīa ſint bona. Quo facto poterit quieſcere ab opere: expectando lucrū futurū in dei noīe. ¶ Dictū eſt autē ſupꝛa caplo pꝛimo ꝙ apotecarius dꝫ eſſe ſciens ⁊ expertus Sciens videlicet in cognoſcendo: vt ſciat elicere bonas a malis ⁊ ſophiſticatis. Ut ergo ſciat ſophiſticatas cognoſcere vt abijciat: ⁊ nō eis vtatur: his noſtris ſcriptis poterit ſcire.

¶ Medicine q̄ cōiter ſophiſticant̄ ſūt iſte

A Aloes
Acaſſia
Ambꝛa
Amomum
Aſſa fetida
Algalia
Aſpaltum

Sophiſte lauant aloem lotione qua partes eius īmunde ⁊ groſſe ſeparentur. Deīde lauant in aqua maris ⁊ pauco croco lauationibus pluribus, deinde pmittunt exſiccari acquirentes ei p hoc lucidit atē ⁊ coloꝛē citrinū: ⁊ odoꝛē bonū verū: odoꝛ deoccultat eius fallaciā. Meſ. ca. ꝓpꝛio de aloe ¶ Acaſſia adulteratur cum ſucco pꝛunellorum. In hoc tamen non eſt erroꝛ magnus: carentes em̄ alio fructu ex quo fit vera acaſſia vtimur ꝓ acaſſia ſuccis pꝛunelloꝝ agreſtiū. Auicēna in ſcdo cañ.

Ambꝛa adulteratur cū puluere ligni aloes ⁊ ſtoꝛace calamita: ⁊ lapdano reſolutis addito muſco ſoluto in aqua roſarū appoſita ambꝛa in maioꝛi quantitate. Cognoſcitur vero ſophiſticata: quia poteſt malaxari ſicut cera: vera autem ambꝛa non poteſt malaxari. Platearius.

Amomum adulteratur cum planta q̄ dicit̄ amonides eo ꝙ ſimulatur amomo: niſi q̄a non hꝫ odoꝛeꝫ eius nec tale ſemen. Si vis non decipi ab hac vel a ſimilibus caue a plāta q̄ eſt nimis iuuenis ⁊ elige eam cuius rami egrediuntur ab vna radice. S. L. ag. ca. Pameme.

Aſſa fetida adulteratur dū viridis eſt ſuccus cum ſerapino ⁊ farina fabarum: quod facile compꝛehenditur guſtu: odoꝛe: ⁊ viſu Dya. ca. Silphium.

Algalia adulterat̄ vt muſcus. Act. pend. De adulteratōe muſci: vide in littera M.

Aſpaltum adulteratur cū pice mixta. Dya. ca. Aſpaltum.

Balſamus B
Bdellium

Balſamus quia carus eſt multis modis ſophiſticatur. Quidā ꝓ eo vendunt terebentinam: ⁊ q̄dam cū terebentina miſcent parum oppobalſami: ⁊ ita hꝫ odoꝛē eius. Alij accipiunt ſuccū folioꝝ citri ⁊ miſcent terebentine addito croco oꝛiētali. Alij vero admiſcent oleū nardinū terebētine. Cognoſcitur autē verus balſamus in quīqꝫ vt notat ſala. ſcꝫ in coloꝛe: in odoꝛe: in ſapoꝛe: ī ardoꝛe: ⁊ in pōdere. In coloꝛe: q꞉ ē liquoꝛ aliqualiter ſimilis oleo: ſed eſt groſſioꝛ ⁊ viſcoſioꝛ ad aliqualē rubedinē tēdēs. In odoꝛe: q꞉ eſt odoꝛis aliqualiter rancidi nō placabilis. In ſapoꝛe: q꞉ hꝫ ſapoꝛem pinguedinis galline antique nō recentis ⁊ ardet in gutture ac ſi eſſet oleum foꝛte ⁊ antiquum In ardoꝛe: q꞉ ſi in oculis ponatur vna gutta de eo: tantū ardoꝛem in oculo generat: ac ſi lixiniū foꝛte eſſet in oculo p ſpaciū vnius hoꝛe: ⁊ vltra apparet ꝙ oculus velit exire: ſed dimittit viſum in eodem ſtatu ī quo repperit qn̄ ponitur in oculo. In pondere cognoſcitur q꞉ ſi vna gutta ponatur de eo in ciato pleno aqua nō ſpargitur ſicut oleū in aqua īmo cōglutinatur ⁊ condenſat̄ ad modū vnius perle rotunde: ⁊ īmediate petit fundū. Et vltra cū cuſpide potes ipſaꝫ guttā ab ipſa aqua retrahere: q꞉ adherebit cuſpidi ipſius cultelli: ⁊ extrahit̄ tota gutta integra ab aqua illa. Alie etiam ꝓbationes plures ſolent a doctoꝛibus ſcribi. Quidam dicunt ꝙ ſi ponatur in pūcto ſtilli ⁊ accendatur ardet: ſed iſta pꝛobatio nō eſt ſufficiens q꞉ ita ſimiliter ardet terebentina. Alij dicunt ꝙ ſi gutta balſami ponatur in lacte ꝙ lac coagulabitur ⁊ gutta ad funduꝫ deſcendit. Sed ſimiliter iſta pꝛobatio nō eſt ſufficiens: q꞉ multa ſunt alia coagulantia lac. Alij dicūt ꝙ ſi pannus ſubtiliſſimꝰ madefactus oppobalſamo ⁊ ablutus: ſi in nulla ſui parte remaneat infectꝰ: purus eſt oppobalſamus. Alij dicūt ꝙ ſi ī vaſe eneo vel argenteo mūdiſſimo aqua pleno ponat̄ oppobalſamus: illud purū eſt qꝺ congregabitur ad partem vt argentū viuū. Et ſi aliquid gūmi fuerit: ſeparabitur ad aliam partem vaſis. Alij dicūt ꝙ ſi inficiatur pānus oppobalſamo ⁊ poſtea abluatur in aliquo

vaſe reperietur oppobalſamus in eodem
pondere ſicut prius. Alij dicunt ꝙ oppo-
balſamū purū ponderat in duplo vel in tri-
plo pluſ ꝙ terebentina. Si vero non plus
aut ſolum parum plus: conſtat eſſe ſophi-
ſticatū. Alij dicunt ꝙ ſi parū oppobalſami
ponatur in palato cerebrū ita caleſcit ꝙ vi-
detur incendi.
Bdellium adulteratur qñ gūmi ſibi admi-
ſcetur: ſed non habet talem amaritudinez
qualem habet non adulteratum. Et cuʒ fit
fumigiū cum eo non habet odorē bonum.
C S. L. ag. ca. Melealyend.
Caſtoreum
Coſtus
Crocus
Canfora
Caſſialignea
¶ Aliqui ſic adulterant caſtoreū. Accipiūt
pellem in qua fuit caſtoreū purū: ⁊ implēt
ſanguine ⁊ neruis ⁊ addunt puluerem ca-
ſtorei vt habeat odorē caſtorei. Alij ponūt
terram ⁊ ſanguinē. Alij faciūt melius. Ac-
cipiunt ſanguinē ⁊ neruos caſtorei: ⁊ ad-
dunt modicū piperis vt ſit acuti ſaporis.
Eligatur igitur caſtoreum mediocriter acu-
tum habens ſaporem: q: ſi multū acutum
habet ſaporem ⁊ ſit quaſi terreū ſophiſtica-
tum eſt ⁊ non habet neruos intrincatos.
Bonū autē caſtoreum habet saporē acutū
glutinoſum ⁊ odorē multum horribilem.
⁊ neruos intrincatos adherentes pellicu-
lis ⁊ ad alteram extremitatū conientes.
¶ Coſtus adulteratur cū radice enule ſic-
ca qñ admiſcet: ⁊ maxime enule que eſt ex
terris que dicuntur cumeharta. Sed co-
gnitio eius eſt facilis. Nam enula nō mor-
dicat linguā ſicut coſtus: nec odor eius eſt
adeo fortis: et exuberans ſicut odor coſti.
S. L. ag. ca. Noſta.
¶ Crocus adulteratur: admixta ſecū ma-
nete vel ſpuma argenti vel molipdena: id
eſt plumbū vſtum. Dya. ca. de croco.
¶ Camphora maxime adulteratur in eius
cōpoſitione ⁊ admixtione alterius ſucci: ⁊
ita efficitur dupla vel tripla in quātitate cā-
phoree. Sophiſticat̃ em̃ ex admixtiōe ver-
nicis q̃ ſibi ſimulatur in odore ⁊ ſubſtantia.
Sed diſcernitur: quia vernix ſolidā habet
ſubſtantiā ⁊ difficile frangitur. Camphora
vero facile frangitur: ⁊ ſi manibus tracte-
tur cito pulueriſatur. Platearius.
¶ Caſſialignea adulteratur per admixtio-
nem corticis caparis. Platearius.
E Euforbium
Ebur
¶ Euforbiū minutū adulteratur cū admi-
xtione ſarcocole. Auic. ⁊ cū admixtiōe dra-
gaganti rubei. Pla. Sed vt cognoſcat̃ de-
bet eligi vt dictū eſt in cap. de laxatiuis.
Gariofilus G
Galbanum
Galanga
¶ Gariofili vetuſtate conſumpti quorum
exalata eſt aīa ſophiſticant̃ ſic. Quidā po-
nunt tales gariofilos in aliquo vaſe prius
humectato parū ⁊ ligāt in panno ⁊ ponūt
in aere ꝑ noctē: mane exſiccant vt humidi-
tas illa actualis nō cognoſcatur. Tales ve-
ro gariofili cognoſcunt̃: q: non habēt ſapo-
rē ita acutū ſicut boni gariofili. Cognoſcū-
tur etiā q: maiorē emittunt humiditatē. ⁊
cognoſcunt̃ tertio: q: nō multā habent pla-
nicē. Alij aliter ſophiſticant tales gariofi-
los: pulueriſant gariofilos electos ⁊ confi-
ciunt in aceto fortiſſimo addito modico vi-
ni odoriferi. Et ex hoc vino vel aceto con-
ſpergunt gariofilos inutiles inuolutos in
pāno ꝑ noctē: q: ſic contrahunt humiditatē
⁊ saporē acutū ⁊ vix dinoſcunt̃ in pricipio
Dinoſcunt̃ tñ q: illud acumen maius eſt in
exterioribus: ꝙ in interioribus. In interio-
ri em̃ ſubſtantia lingua modicū aut nullū
ſentit acumē. Et raro ſeruant̃ gariofili ſic
ſophiſticati: niſi ꝑ viginti dies. Platearius
¶ Galbanū adulterat̃ ꝑ admixtionē ſerra-
ture lignoꝝ. Alij ꝑ admixtionem colopho-
nie in multa quātitate ⁊ fabarū fractaꝝ ab-
iectis corticibus: ſed dʒ colligi ꝙ ſit albiſſi-
mū: habēs puras guttas quaſi amoniacum
¶ Gallanga ſophiſticat̃ ꝑ admixtionē iun-
ci cyperi vel biſtorte. ſed cognoſcit̃: q: ra-
dix iunci inſipidū aut ſalſum hʒ saporē. bi-
ſtorta vero ponticū. ſed galāga acutū. Alij
ſophiſticant ſic. Pulueriſant optimū galā-
ga ⁊ piper: ⁊ conficiūt in aceto: ⁊ imponūt
radices iunci ꝑ duas noctes. ⁊ efficit̃ acuti
ſaporis exterius. ſʒ cognoſcit̃ q: interiꝰ eſt
ſaporis inſipidi. gallāga vero acuti. Pla.
Lignum aloes L
Lapdanum
Licium
¶ Sunt aliqui deceptores qui accipiūt ra-
dices cameleę: id eſt mezereō in mōtibus
almaſie qm̃ vident̃ aſſimilari ī colore ⁊ pō-
dere ⁊ ſapore cū ligno aloes. ⁊ ſophiſticāt
ipſas ponendo in vino ebulitionis pulue-
ris ligni aloes ꝑ aliquos dies. qđ deo ⁊ ho-
minibus eſt abhominabile quoniam came-
lea multū laxatiua eſt. Et lignum aloes eſt
ſtipticū. ⁊ camelea de ſe nullius eſt odoris
ſed lignum aloes eſt odoris ſuauis. Actor
pendetarꝫ. ¶ Dicit ſaladinuʒ ꝙ verū lignū
aloes cognoſcitur in quattuor: ſcʒ in colo-
re. in odore. in ſapore. ⁊ pondere. In colo-
re: q: debet eſſe nodoſum fuſci et obſcuri

coloris. In odore: quia qn̄ cōburitur ſupra carbōes facit fumū boni odoris ⁊ facit ſpumā. Et hoc eſt vnū de ſecretis ad cognoſcē dū. Et in ſapore ꝙ ſit amarū. Attende tamen ꝙ ꝓbatio veri ligni aloes q̄ attendit̃ ex parte ſaporis ⁊ odoris habet veritatem dūmodo radatur a ſubſtantia exteriori ſatis profunde ⁊ probet̃ ſolū quantū ad eiꝰ ſubſtantiā interiorē: qꝛ poſſet eſſe error in hac ꝓbatione quantū ad ſubſtantiā eius exteriorē. In pondere vero agnoſcitur: qꝛ ſi par̄ de eo ponat̃ i vno ciato pleno aqua nō natat vt alia ligna: ſꝫ imediate petit fūdū.

ℂ Lapdanū adulteratur per admixtionē puluerū nigror̄ ⁊ crotarū caprinar̄. Et iō eligat̃ ꝙ poſſit malaxari: qꝛ illud qͦd pulueriſat̃ cū tractat̃ manibus ſignificat ipm̄ eſſe adulteratū aut vetuſtate conſumptum.

ℂ Liciū adulteratur cū amurca olei cū admiſcetur in coctura eius: ⁊ cū ſucco abſinthij ⁊ felle bouino. S. L. i. ag. ca. Hadadh. Idem Bul. in ſeruitore. Ideo debet eligi licium qͦd habet ſpumā ⁊ habet colorē ſimilem ſanguini. ⁊ inflāmatur in igne ⁊ extinguitur in aqua. ⁊ cuius color exterius ē niger: interius etiam declinat ad nigredinē. et quod non habet in ſe pinguedinem. et qͦd habet ſtipticitatem cū amaritudine: aut cuius color ē ſicut color croci. B. i ſeruitore.

M

Muſcus

Manna

Mirabolani

Mirra

Muſcus ⁊ maxime niger: aut ad colorem ruſum accedens adulteratur ex admixtiōe panis aſſi vel ſanguinis hirci. Et ponūt. ʒ. iij. vel. iiij. de puluere predicto. Diſcernit̃ tamen: qꝛ panis aſſus cito frangitur ⁊ ſanguis hircinus cū frangitur lucidus eſt ⁊ clarus. Et qn̄qꝫ venditur cū ipſis pelliculis ⁊ ſophiſticatur ſilr̄ cū puluere predicto. Inſcidunt eīm ſarraceni pelliculas ⁊ remouent bonū muſcum ⁊ ſophiſticatum imponūt ⁊ pelliculas conglutinant inter pelliculas vt nō appareat muſcus ſophiſticatus cū pelle in duplo plus ponderat muſco non ſophiſticato. ℂ Alij aliter ſophiſticant ſic. accipiunt carnē columbar̄: ſiccant ⁊ terunt ⁊ pulueriſant ⁊ cū aqua roſar̄ miſcent cū modico muſci. Platearius. Et dicit actor pendetarū ꝙ muſcus ⁊ algalia adulterantur cū gūmi inuentū i radicibꝰ pilocaracte: que dicitur cedrand eſt ſuccus niger.

ℂ Falſificatores ex zuccara ⁊ foliculis ſene adulterant mannā cui poſt tempus accidit maturatio aut molleſcit ⁊ liqueſcit: et ſic deoccultatur fallacia. Meſue.

ℂ Mirabolani non conditi non ſophiſticātur. conditi vero ſophiſticantur quandoqꝫ hoc modo. Quidam accipiunt keblons vetuſtos ⁊ ponunt in lixiuio calido donec inflentur ⁊ molles fiant ⁊ ingroſſentur p̱ qͥndecim dies vel plures ⁊ calefaciunt lixiuiū cū inflati ⁊ ingroſſati fuerint: poſtea impo nunt in fundo ⁊ dimittūt p̱ menſem vl̄ pluꝰ vſqꝫ dū oīno fiant nigri exterius ⁊ ſingulis diebus cōmouent. q̇dam nuces maiores recentes in predicto ſirupo imponunt ⁊ operantur ſimiles. Quidā ponunt albutium. dicunt aliqui ſic poſſe diſcernere ſi acu penetretur ſine aliquo obſtaculo bonus eſt. Si vero non: ſed hoc eſt falſum: quia tūc ſignatur albutiū qꝛ oēs mirabolani recentes et veteres habent nucleos ſicut pruna: vnde non poſſunt acu tranſfigi. diſcernit̃ bonus hoc modo qꝛ bonus cum ſcinditur interius ⁊ exterius niger oīno reperitur ⁊ cū guſtat̃ paruā habet ponticitatē ⁊ multā dulcedinē. Sophiſticatus aūticū frangitur interius eſt ſubalbidus vel quaſi palidus ⁊ habet ponticitatē multā ⁊ paruā dulcedinē. Platea.

ℂ Mirra adulteratur cū admiſcet̃ ei gummi qͦd infuſum fuerit in aqua mirre. S. L. ag. ca. Hec. auctoritate dya. ℂ Qn̄qꝫ etiam adulteratur cum quodā lacticinio pernicioſo: ⁊ fit ipſa ꝑnicioſa ⁊ hoc q̇dē lacticiniū noīatur alſericius: ⁊ eſt arbor ꝑnicioſa. Auicēna. Eligat̃ ergo mirra noua leuis munda q̄ quando tangitur eſt aliquantulū aſpera: ⁊ arida: ⁊ cito frangibilis. ⁊ qn̄ frangitur remanet in eius fractura res alba. ⁊ figura eius, eſt ſicut figura vnguiū ⁊ que eſt in fruſtra magna. Et color eius eſt vniformis: nō diuerſus in exterioribus eius ſed interius eſt trahens ad rubedinē parū cū lineis ſubalbidus ⁊ odor eius eſt delectabilis. S. L. ag. caplͦ ſupradicto.

O

Opium

Oppoponacum

Ozimum

Os de corde cerui

ℂ Opium adulterat̃ cū lacte lactuce ſilueſtris: ſed tunc eſt debilis odoris. ⁊ etiā adulteratur cū gūmi ⁊ tunc eſt ſplendidum ⁊ clarum. Auicēna ca. de papauere.

ℂ Oppoponacū adulterat̃ cū armoniaco ⁊ ꝓpter ſupercolorando grana minuta ex eo Sed odor ⁊ albedo in cōfracturis ſuis deoccultant fallaciam. Meſue. Nigrū enim ⁊ leue eſt adulteratum cū armoniaco

ℂ Ozimū adulteratur qꝛ ſophiſte apotecarij ſimul miſcent ſemen baſilicon̄. Plat.

ℂ Sophiſte apotecarij ponunt pro oſſe de corde cerui cartilaginem quandam tortuoſam que ibidem reperitur: ſed cognoſcitur quia talis cartilago non eſt rubea ſicut os: immo eſt alba: neqꝫ ſibi adheret caro cor-

dis:ſicut ipſi offi. Platearius.

P Petroleum

Piper album

¶ Petroleum pōt ſophiſticari facillime ex alterius olei admixtione ⁊ parum petrolei ſed cognoſcatur quia multum alterius olei poteſt reddere petroleum fetidum. Pla.

Piper album non habemus: ſed loco eius venditur cathapucia tráſmarina que piper non eſt quia groſſior eſt ꝙ piper nec acutū habet ſaporem ſicut piper. Platearius.

R Reubarbarum

¶ Non ꝑtermittas quī ſcias qꝺ in reubarbaro cadit de adulteratione. accipitur eniꝫ ex eo integro ſicut eſt quantitas magna et ſubmergitur in aqua per dies quinqꝫ: ⁊ dimittitur aqua illa deſiccari: ⁊ fiunt inde trociſci. Et ſunt trociſci illi medicina regum. Reubarbarum vero ſiccatur ⁊ venditur: ſicut eſt quod iam perdidit animam. Sꝫ cognoſcitur quia illud in quo non accidit adulteratio eſt rarum ⁊ minoris ſtipticitatis et eſt crocee tincture. Adulteratum vero habet contrarium horum ⁊ varietatem quam debet habere in confracturis ſuis amiſit: immo ſubnigreſcit in eis. Meſue.

S Serapinum

Sarcocola.

Storax

Spodium

Sandalus

Succus liqueris

Scamonea

¶ Serapinum adulteratur cum aſſa aut cū galbano: ideo eligatur quod non eſt in vehementia odoris aſſe: nec habet odorē galbani. Meſue.

¶ Sarcocola eligatur que eſt alba vel ſubalbida ⁊ que eſt gummoſa ⁊ groſſa ⁊ nō in puluerem redacta. Sepe eñ talis ex alio puluere ſolet ſophiſticari. Platearius.

¶ Storax ſolet ſophiſticari accipiendo raſuram ſiue limaturam yris ylirice conficiendo cum melle ⁊ addendo ſtoracem calamitam. Sed diſcernitur: quia ſophiſticata habet nimiam dulcedinem: ⁊ ſi manibus tractetur mox fit manus humida ⁊ parum viſcoſa. Si vetus eſt: cum malaxatur pulueriſatur.

¶ Spodium ſophiſticatͬ ſepe ex radice cuiuſdam cāne combuſta. quandoqꝫ ex oſſibꝰ canis combuſtis. ⁊ quandoqꝫ ex marmore combuſto: ſed hoc eſt nimis ponderoſum. vnde eligenduꝫ eſt quod ſubalbidum eſt ⁊ valde leue ⁊ continuum ⁊ groſſum: quia in puluere facile adulteratur ⁊ vix cognoſcitur. Si autem ſit valde leue habens tamē aliquas partes ſubnigras bonum eſt. Pla.

¶ Sandalus rubeus ſophiſticatur ex briſilio: ſꝫ cognoſcitur qꝛ non eſt aromaticum Et per hoc cognoſcamus omnes ſandalos Platearius.

¶ Scamonea adulteratur cum ſarcocola ⁊ ⁊ lacte titimali. ſed cognoſcitur illa q̄ eſt bona non adulterata: quia non pungit vel mordicat linguam forti mordicatione: quia tunc non habet admixtū lac titimali. Bulcraſis in ſeruitore.

T Turbith

Tamarindi

¶ Turbith adulteratur cum ſuperlinitōne in extremitatibus eius ex gūmi diſſoluto: ſed cognoſcitur ex eo ꝙ in ſuis confracturis eſt ſine eo. Meſue.

¶ Ex adulteratoribus quidam ſunt q̄ falſificant tamarindos cum carne prunorum: ſed deoccultat fallaciam nigredo ſine lucciditate in ipſis ⁊ qꝛ ſunt humoroſiores: ⁊ qꝛ in eis eſt odor ⁊ ſapor prunorum. Meſue

V Viride eris

¶ Viride eris adulteratur cum punice et marmore piſtatis. Et ſunt qui miſcent cū calcāto. Et qui vult cognoſcere illud quod eſt adulteratum cum punice vel cum marmore madefaciat manū ſuam in aqua ⁊ ponat ſuper eum: quia ſtatim diſſoluetur. Et ſunt qui maſticant ex eo cum dentibus: et ſic percipiunt lapides. Et diſcernitur illud quod eſt adulteratum cum vitreolo ponendo ipſum in lamina ferrea ſuper igneꝫ. Et ſi continet aliquid vitreoli quando erit cōbuſtum fiet rubeum: ſed id qꝺ non eſt adulteratum remanet in ſuo colore ⁊ in ſua figura. Bulcraſis in ſeruitore.

Z Zuccara

¶ Sophiſticatur zuccarum ex ſpuma ſuccicanne. cuꝫ enim bulit ſuper ignē ad ſpiſſitudinem ſpumat: ex ſpuma huiuſmodi fit zuccarum ſophiſticatum. ſed cognoſcitur quia leuius eſt alio ⁊ interius cauernoſum multo. vnde vt non deciptaris ī magna emptione zuccari frangatur tortellus zuccari ⁊ guſtetur. Si enim infra foraminoſuꝫ eſt valde: ⁊ ſenſui non ſentiatur valde dulcis ſed quaſi euaneſcat in ore ⁊ quaſi crepitat in maſticatione: ſcias illud vanū eſſe ⁊ ſpumoſum. Platearius. ¶ Cū his itaqꝫ ſupraſcriptis pōt quilibet apotecarius ſufficienter ⁊ cū bonis ſimplicibus munire botecā ſuam. Si aliqua ſint in aliqua cōtracta ſimplicia vſita a ſupraſcriptis muniatur vt moris eſt. Et ī hoc habetur finis particule prime libri primi cum dei laude.

Particule prime libri primi finis.

Secunda pars primi libri Incipit

Expedita particula prima huius preſentis opuſculi vbi docuimus apotecarium cõuenienter munire botecã ſuã ſimplicibus cõſequẽter in hac ſcõa particula anteꝙ̃ de cõpoſitis aliqd ĩmediũ afferamus: q2 contingit in cõpoſitõe varijs ⁊ diuerſis preparationibus ſimplicia debere preparari: cõuenit rectos modos preparationis ſimpliciũ preferre. ¶ Huius autem particule erunt capitula quattuor.

Capitulum primum de medicinis que debent ablui ⁊ quomodo.
Capitulum ſecundum de medicinis que debent aduri: ⁊ quomodo.
Capitulum tertium de modo excorticandi radices ⁊ ſemina.
Capitulũ quartũ de modo extrahendi muſcilagines a ſeminibus ⁊ radicibus.

Capitulum primũ de medicinis que debent ablui: ⁊ quomodo.

Propter quattuor cauſas lauantur medicine: ſicut notat meſue libro primo de cõſolatõe medicinaꝝ ſectione prima de lauationibus medicinarũ. Primo qdez lauanẽ medicine: vt ab eis tollatur acumẽ: vt cũ lauaẽ ſemẽ vrtice cũ aq̃ muſcilaginis dragagãti. Scdo lauanẽ medicine vt ab eis tollaẽ altera ſuaꝝ virtutũ ⁊ ꝓprie malignior deterrens ⁊ remaneat ei melior ſuaꝝ operationũ ⁊ incolumior: ſicut lauaẽ lapis lazuli ⁊ lapis armenus vt ſoluant ꝑ ventrẽ tm̃ ⁊ ſine anguſtia. Non loti eñ ꝑ vomitũ ⁊ ꝑventrẽ ſoluunt ⁊ cum anguſtia: ⁊ ſicut lauaẽ lacca vt ſit minus ſolutiua ⁊ remaneat ei vt ſit opilationũ apertiua. Et ſicut lauaẽ aloes: nõ lotus enim magis laxat ⁊ minus cõfortat mẽbra nutricatõis. Lotus vero facit contrariũ. Tertio lauanẽ medicine: vt ab eis abſterganẽ partes ĩmunde: vt generaliter lauanẽ oẽs medicine minerales. Vñ auicẽna ſcdo cañ. c. ſepius allegato de electõe medicinaꝝ ⁊ ipſarũ cõſeruatõe. Medicine q̃ ſunt de mineris ſint munde a ꝑmixtione extranea: ⁊ imo ſit illud qd collectũ eſt in ipſa pura ſubſtãtia de ſuo genere non fractũ in ſuo colore ⁊ guſtu q̃ ſunt ei ꝓprie. Quarto lauãtur medicine: vt magnificeẽ virtus eaꝝ: ſicut lauamus aloẽ cũ aqua ſpecieꝝ aromaticaꝝ vt magis cõfortet. ⁊ lauanẽ aliq̃ medicine cũ aqua rerũ ſolutõez multiplicantiũ ſicut cũ turbith ⁊ agarico vt magis ſoluant. Et lauanẽ cũ aqua bdellij: ⁊ dragaganti: vt reſiſtatur ſue virtuti aperitiue venaꝝ. Medicine autem que cõiter abluuntur tam plantaruz ꝙ̃ mineralium ⁊ ꝙ̃ etiam ſumptarum ab animalibus ſunt iſte.

Aloes
Acaſſia
Antimonium

¶ Aloes ſic abluiẽ. Accipe de aloe ſuccotrino mundo qd cito frangiẽ ⁊ hz colorem epatis: ⁊ cuius odor eſt bonus lb. j. tere bene ⁊ cribra. deinde accipe caſſielignee. ſpice nardi. aſari. ſquinanti. carpobalſami. xilobalſami. cinamomi. ligni aloes. croci. maſticis. lacce. añ. ʒ. iij. cõtõde ⁊ coque in lb. vj. aque donec cõſumpta ſit medietas aq̃. cola ⁊ exprime ⁊ repone in vaſe vitreo. ⁊ rora aloes ex iſta aqua donec imbibaẽ totũ. ⁊ pone ſupra vas marmoris aut vitri: aut tere ĩ ſole bene: ⁊ pone in parapſide mũda ⁊ coperi pãno groſſo ⁊ dimitte ſiccari ab illa aqua. ⁊ cũ deſiccatũ fuerit reduc iteꝝ ad tincturã ſcdo ⁊ ĩbibe iterũ ex aqua iſta ⁊ dimitte ſiccari ſicut prius: ⁊ iterato facias h̃ donec aqua penetret ꝑtes eius oẽs ⁊ ſit aqua tota cõſumpta vel expleta terendo imbibẽdo ⁊ deſiccando ſicut dictum eſt. ⁊ cũ vltio ſiccatũ fuerit repone in vaſe vitreo mũdo ⁊ vtere. Bul. in ſeruitore. ¶ Aliter ſic. Accipe macis. nucis muſcate. cinamomi. ſpice. calami aromatici. cubebe. ſquinanti. azari. maſticis. gariofiloruz añ. partes equales croci pars media. buliant in ſextuplo earũ aque vſqz ad tertiã eius cũ facilitate. ⁊ ĩpone pro qualibz libra illius aque aloes. ℥. vj. ⁊ ꝑmitte ſiccari in vmbra prius ⁊ perfice exſiccatõem in ſole. Aut fiat infuſio illa in aqua caſei ⁊ erit melius. ⁊ adhuc erit melius ſi ſibi addatur yſopus ⁊ caſſialignea. Vl' fac cũ ſpeciebus yerepigre. B. meſue. ca. de aloe. ¶ Modus alius ablutõis aloes: q̃ vtendũ eſt in egritudinibus melancolicis. Accipe croci. ſpice nardi. cinamomi. xilobalſami. carpobalſami. caſſielignee. azari. añ. ʒ. x. ſquinãti. ſticade arabis. añ. ʒ. v. coq̃ in lib. x. aque fontis ſup ignẽ leuẽ ⁊ parum quouſqz remaneat tertia pars. ⁊ cola cũ colatorio groſſo ⁊ exprime. deinde accipe de aloe ſuccotrino lb. ij. ⁊ tere ĩ cribra: ⁊ imbibe ex aqua iſta ſupra petrã marmoris ⁊ aſſidua triturã eius ⁊ infuſionẽ ⁊ deſiccatõem ƒz ſupradictã diſciplinã donec bibent aquã illam totã. vltimo tere ⁊ ſerua in vaſe ſtricti orificij ne virtutẽ amittat ⁊ opila os vaſis. ⁊ tua intereſt vt addas ⁊ minuas ex iſtis medicinis ƒm opportunitatez egritudinis Bulcraſis vbi ſupra.

¶ Acaſſia quoniã cõpoſita eſt ex ſubſtãtia terrea ſtiptica ⁊ ex ſubſtantia ſubtili: ideo

A

Omnes iſti modi videntur idem dicere: ſed vt plurimum tenetur modus faciendi meſ.

Iſte modus receſſit ab vſu: ſed tenetur vnus mod⁹ generalis ablutionis aloes ad omne ꝓpoſitum.

eſt moꝛdicatiua. eius aūt moꝛdicatio ablutione remoueť. Auicēna ī ſcđo cañ. ca. ꝓpꝛio de acaſſia. Modus vero ablutionis eius ē talis. Tere eam cū aqua dulci ſepe: ⁊ pꝛoijce aquā q̄ ſupernatauerit. ⁊ fac hoc donec videas aquā clarā. ⁊ fac ex ea trociſcos ⁊ ſerua. Et ſunt q̄ lauant eam cum aqua roſarū quando volunt frigiditatē eius maioꝛem ⁊ ſedationē doloꝛis magis. B. in ſeruitoꝛe.
¶ Antimoniū abluiť ſicut marcaſita ⁊ ca-
B thimia de q̄bus inferius in locis pꝛopꝛijs.

Boꝛrax

Batitura eris

¶ Boꝛrax ſic abluiť. Mitte boꝛracē ī moꝛtario cū aqua ⁊ manibus cōfrica foꝛtiter et cū reſiderit liqua: ⁊ iterum mitte aquā cōfricans hoc faciens quādiu limpida ⁊ munda exierit: ⁊ ſic in ſole ſicca et vtere. Dya. cap. Viſcalos.

¶ Batitura eris eſt illa q̄ cadit ab incude qñ malleať es. B. in ſeruitoꝛe. Sic aūt debet ablui. Sume batiturā eris ⁊ purga ex ea lb. ij. ⁊ pone in moꝛtario. ⁊ pone ſuper eā aquā claram dulcē ⁊ miſce bene donec ſquame deſcendant in fundū vaſis ⁊ aſcendat putredo in aqua. ⁊ pꝛoijce aquam ⁊ aufer qđ eſt clarificatū. Et pone lb. j. ſ. aque pluuialis: ⁊ iterū miſce in moꝛtario cū manu. Et qñ videris eā leuē pꝛoijce aquā paulatim donec remaneant. ℥. ix. Et laua iterū lauatione foꝛti: ⁊ poſtea cōpꝛime ſquamas illas apodiendo parietibus vaſis: ⁊ expꝛimať aqua ab eis. ⁊ tunc accipe aquā illā et pone ipſam in vaſe eris rubei: q2 iſta aqua eſt coꝛpus ſquamarū ⁊ ſubtilitas eaꝝ ⁊ earum virtus qua debemus vti in medicinis oculoꝝ. Illud vero qđ remanet hꝫ modicā virtutem: ⁊ opoꝛtet ꝙ lauetur alia vice ⁊ ꝙ miſceať bene quouſq; nihil remaneat illius leuis. ⁊ poſtea cooperi reſiduū cū panno et dimitte duobus diebus: ita ꝙ nō cōmoueatur. Et poſt duos dies clarifica ⁊ repone in vaſe ſtricti oꝛificij. ¶ Aliqui lauant floꝛes eris eodē modo. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

C Ceruſa

Climia

Cathimia

Calx

Ciminum

Coꝛdumeni

Carui

Coꝛnu

Cinis lane

Coꝛtices ouoꝛum

Conchilia

¶ Ceruſa ſic abluitur. Tere ceruſam in aqua ſepe ⁊ ꝓijce aquā ſemꝑ: ⁊ ablue ſicut lauať ſcoꝛia auri ⁊ argenti vt infra ſtatī docebitur modus abluendi climiam.

¶ Climia arabice: idē eſt ꝙ ſcoꝛia quoꝝcūq; metalloꝝ. B. ī ſeruitoꝛe. Ideo dicit climia auri climia argēti: ⁊ ſic de alijs. Climia autē auri ⁊ argenti ſunt magis vſuales in medicina. Ideo de his ſolū hic loquemur. Abluuntur itaq; ſic. Terantur cum aqua ⁊ abijciatur illa aqua ⁊ fiat hoc ſepe: tādiu ꝙ non appareat ſuꝑ aquā aliquid putredinis Deinde collige ſic eā ⁊ reſerua. Simili etiam modo lauatur ſcoꝛia eris. B. ī. ſuitoꝛe.

¶ Cathimia id eſt tuthia ſic abluitur. Tere cathimiā groſſo modo ne teranť partes q̄ ſunt ī eis ex lapideis venis. Deīde liga eā in panno groſſo ex lino ⁊ pone coꝛā te paraſpidē magnā cū aqua dulci: ⁊ ſubmerge peciā illā in quā ligaſti tuthiā in aqua ⁊ frica manibus ⁊ īmerge cū aqua illa ſepe ⁊ diligēter donec diſſoluať qđ eſt ſubtile ex ea ⁊ egrediať ex pāno ī aquā. Et tua intereſt vt reponas aquā illā cū eo qđ egreſſum eſt de tuthia in paraſpide alia ⁊ frices iterū pānū in aqua alia. Et hoc fac quouſq; tota terreſtreitas tuthie excoleť a panno. Ultimo pꝛoijce quod remanet ex lapidibus in pecia. Deinde miſce aquā q̄ eſt in paraſpide cū tuthia: ⁊ ꝓijce aquā illam cum illo ſubtili terreo: ⁊ ī illa piguedīe q̄ natat ſuꝑ aquā ꝑ agitationē eius in vaſe alio ⁊ facias hoc cū ſumma facilitate ita ꝙ ſepares illud ſubtiliſſime ab arena q̄ deſcendit in fundo vaſis ⁊ ꝓijcias aquā illā ſcđo ⁊ tertio quouſq; nihil remaneat de ſoꝛde eius. Deinde ꝓijce arenā q̄ ſua grauitate iacet in fundo vaſis. Reliquū vero qđ reſeruaſti dimitte reſidere in aqua donec deſcēdat ad fundum: tunc pꝛoijce aquā cū facilitate donec remaneat coꝛ purum. Hoc aūt pone ſub ſole donec deſicceť ⁊ repone ⁊ ſerua. B. ī ſuitoꝛe

¶ Aliter ſic. Collige coꝛ eius ⁊ ſpumā eius ſeu pinguedinem eius de ſuꝑficie aque cū coto mundo ⁊ pꝛoijce ſubſtantiam ⁊ fac ita ſepe quouſq; egrediatur tota ſpuma eius ⁊ tota ſubtilitas eius ⁊ ablue cotū eius a tuthia q̄ eſt in ipſo qualibet vice ⁊ pone ſub ſole cum expleueris donec ſiccetur. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

¶ Calx viua ſic debet ablui. Accipe qđ eſt de ea album ⁊ mundum ⁊ tere ⁊ cribꝛa calcem albam ⁊ mundam: ⁊ pone in paraſpide munda: ⁊ pone ſuper eam de aqua dulci quātitatē ſufficientē: ita ꝙ cooperiatur ab aqua ⁊ dimitte ꝑ hoꝛam: poſtea miſce. ⁊ cū reſidentiā fecerit ad fundū vaſis: ꝓijce aquā. et fac ita ſeptē dieb9 vel decē. poſtea pꝛoijce aquā deſuꝑ ⁊ repone. Bulcraſis ī ſeruitoꝛe

¶ Ciminū ⁊ coꝛdumenū ſic debent ablui. Accipe de coꝛdumeni aut de cimino nouo

albo. ⁊ purifica a lignis et a ſoꝛde: et pone in olla lapidea ⁊ cooperi cū aceto forti cuius quātitas ſit ita ꝙ totū imbibať a cimino ⁊ nihil remaneat. deinde extende eum ſuper ſextoꝛium in vmbꝛa vſqꝫ ad exſiccationem. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

¶ Foꝛma abluendi carui cū debet poni in medicinis ad fluxū vētris. Accipe de carui ⁊ pone in vaſe mūdo: ⁊ pone vas ſupꝛa ignē vna hoꝛa donec ſit fere calidū. Deīde infūde ſupꝛa ipm̄ lac capꝛe quantitate qua cooperiatur ⁊ dimitte duabus hoꝛis ⁊ ſicca ⁊ ſerua. Et iſta ablutio dicitur communiter eius confectio.

¶ Dictum eſt ſupꝛa: ſcꝫ in pꝛima particula huius ca. de medicinis ſumptis ab aīalibus ꝙ ſolū vtimur ī medicinis coꝛnu cerui ⁊ coꝛnu capꝛe que pꝛius debent aduri: ⁊ poſtea ablui. Abluunť ergo coꝛnu cerui a coꝛnu capꝛe ⁊ coꝛtices ouoꝝ: ⁊ cōchilia poſt ipſoꝝ aduſtionē ſicut ſcoꝛia ſiue climia. B. ī ſuit.

¶ Foꝛma abluendi cinerē lane aduſte. Accipe cinerē lane ⁊ pone in parapſide: ⁊ funde ſup eā aquā ⁊ miſce: ⁊ expecta donec clarificeť in aqua ⁊ cinis deſcendat. ⁊ pꝛoijce aquā illā ⁊ funde iterū aquā ⁊ fiat vt pꝛius tādiu donec cinis nō pungat linguā quādo guſtatur: ſed ſit ſtipticus guſtui. poſtea ſicca ⁊ ſerua: quia ita debet poni in medicinis oculoꝛum. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

D Dꝛagagantum

¶ Dꝛagagantū abluitur ⁊ colatur vt purificetur. ⁊ hoc potiſſime qn̄ debet poni in alcohol aut in looch. Modus vero purificandi: ⁊ abluendi ipm̄ qn̄ debet poni in alcohol eſt talis. Accipe de dꝛagaganto ⁊ tere tritura groſſa: ne ligna eius cum eo terantur. ⁊ pone in olla vitreata ⁊ cooperi cum aqua clara munda vel cum aqua roſata: et dimitte per noctem. ⁊ in mane aſpice ſi eſt neceſſaria alia aqua ⁊ adde: ⁊ ſi non miſce bene cū manu donec totū liqueſcat ⁊ pꝛoijce eam ſupꝛa cribꝛū mundiſſimū: ⁊ duc cuꝫ manu hinc ⁊ inde donec deſcēdat de cribꝛo totū colatū. Et ſunt q̄ deſiccāt ⁊ ſeruāt deſiccatum. Et ſunt qui vtuntur eo ſicut eſt. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

E Es vſtum

¶ Es vſtum ſic abluitur. Tere ipm̄ in aqua dulci ſm̄ modum quo lauať ceruſa: mutando aquā ter ī die donec nihil remaneat putredinis. Bul. Et eodē modo lauatur ſcoꝛia eris: q̄ alio noīe dicitur climia.

F Flos eris

¶ Flos eris abluiť ſicut eius batitura. B.

G Gummi arabicum

¶ Gūmi arabicū abluitur vt dꝛagagantū.

L Lapis lazuli Lapis armenus

Litargirum

Lacca

Limatura ferri

¶ Ars lauandi lapidē lazuli ⁊ lapidem armenū eſt eodē oīno ⁊ eſt talis. Terať cum facilitate in vaſe lapideo deinde fundať deſup aqua ⁊ laueť terēdo: ⁊ fiat illud trigeſies. ſemꝑ innouādo aquā. Et adhuc decies poſt illud laueť cū aqua roſ. Meſue ex auctoꝛitate alexādri ⁊ ex auct. alkindi dicit ꝙ laueť cū aqua bugloſſe poſt purgatōeꝫ eius ſcꝫ a partibus groſſis ⁊ terreis ⁊ lapidoſis ſcꝫ poſt ablutōem cū aqua dulci: vt dictū eſt Ex hoc eñ acquiritur ei mirabilis pꝛopꝛietas ad egritudines melancolicas.

¶ De lapide tñ armeno dicit raby moyſes ī tractatu ſuo ſpāli de mania ⁊ melācolia ꝙ nō cognoſciť: ⁊ de eo etiā fecit anenzorar nobilioꝛ medicoꝝ dubietatem: vt ſingulariter notat Jo. mathei de gradi papiēſis doctoꝛ clariſſimus. ⁊ rerum ignotarū diligens ꝑſcrutatoꝛ: aſſerens ſe queſiuiſſe ab apotecarijs quid eſſꝫ lapis armenus: nec vnꝗ̄ ſcire aut videre potuit.

¶ De litargiro inq̄t Bul. ī ſuitoꝛe. Vnguēta q̄ ſiūt ex litargiro qḋ eſt aurei coloꝛis declinās ad albedinem ſunt nobiliſſime bonitatis: ſed ſi litargiꝝ fuerit nigrū aut habēs in ſe aliq̄d plūbi: erit vnguētū qḋ fiet ex eo nigrū ⁊ turpe: niſi pꝛius abluatur. Si ergo volueris ipm̄ abluere ⁊ dealbare: elige qḋ hꝫ coloꝛē auri ⁊ qḋ ſit graue ⁊ mundū a plūbo ⁊ frange in fruſtra quātitatis fabe ⁊ accipe quātitatē ex eo quā volueris ⁊ pone ī olla rudi ⁊ ꝓijcias aquā deſuꝑ ⁊ pone ſuꝑ id de frumēto bono ⁊ purgato quātitatem quādā ⁊ accipe de oꝛdeo pugillū vnū ⁊ liga eū in pāno lineo nouo ſubtili ⁊ ſuſpēde ⁊ liga eū in oꝛificio olle intra ipſam ⁊ facias feruere donec crepet oꝛdeū. Deinde auferas ab igne ⁊ pone id qḋ eſt in olla in parua parapſide munda ⁊ ꝓijcias frumentum ⁊ funde ſuꝑ litargirū aliā aquā ⁊ ablue ipm̄ fricando manibus foꝛtiter. poſtea dimitte ſiccari. deinde accipe ⁊ tere ipm̄ ⁊ pꝛoijce deſuꝑ aquā calidā ⁊ agita ipm̄ ⁊ dimitte ꝙ reſideat ⁊ abijce aquā ⁊ iterū deſicca pꝛius ⁊ facias hoc deſiccando terendo ⁊ abluēdo tādiu ꝙ ſubtilietur ⁊ diſſoluať in aqua. Deinde expecta ꝙ reſideat ⁊ clarificetur aqua ⁊ abijce ipſam ⁊ tere quotidie ſepe in die ⁊ in veſperis: ⁊ pone ſuꝑ eū aquā aliā: ⁊ dimitte ꝑ hoꝛā vnā ⁊ cola. facias hoc totū ter in die quinqꝫ diebus cōtinuis. poſt hoc ꝓijce ſuꝑ duas lb. ex eo. ʒ. ij. ſaliſgēme ⁊ infunde ſuꝑ ipm̄ aquā aliā. Et qn̄ fit albū ipone ſuꝑ ipm̄ aquā calidā ⁊ facias ſm̄ qḋ feciſti pꝛius: tādiu ꝙ nihil remaneat ī eo ſalſe

dinis.⁊ poſtea dimitte ſiccari in ſole mouē
do ipm ſepe donec ſicceť tota humiditas.
deide repone⁊ ſerua.❡ Alius modus. Ac
cipe de litargiro lb.ij.tere bene.deide acci
pe de ſalegēma nigra lb.vj.⁊miſce cū litar
giro ⁊ pone ī olla rudi:⁊ ꝓijce ſup ipm tm̄
aq̄ ꝙ cooperiať ⁊ agita tota die mane ⁊ ſe
ro.Et ſi aqua videať minui:adde paulati.
⁊ fac id.xxx.dieb⁹ agitādo vt dictū ē:ne coa
guleť ⁊ putrificeť:⁊ p⁹ trigīta dies abijce agi
tādo paulati.deinde pone ipm in mortario
⁊ tere:⁊ poſtea ꝓijce ipm in parapſide ter
rea mūda:⁊ ꝓijce ſup ipm aquā ⁊ agita cū
manu motiōe forti:⁊ dimitte donec reſide
at ⁊ abijce aquā illā:⁊ ſupfunde aliā aquaꝫ
⁊ facias hoc quouſqꝫ ſalſedo tota recedat.
poſtea dimitte fere exſiccari:⁊ informa tro-
ciſcos ⁊ ſine eos ſiccari ⁊ ſerua invaſe plū
beo.❡ Alius modus. Frāge litargiꝛ ī fru-
ſtra quātitatis fabe ⁊ pone ipꝫ intra ſtoma
cū apri.⁊ fac hoc tādiu feruere in aqua do-
nec ſtomac⁹ coquať.deide extrahe ipꝫ a ſto
maco ⁊ pone cū eo de ſale quātitatem q̄ ſit
ſufficiēs:⁊ tere ⁊ laua ſicut dictū eſt ſupe-
rius.❡ Alius modus. Accipe litargiri quā
titatē lb.j.⁊ miſce cū eo tātūdē ſalis:⁊ po
ne ſup ipm aquā:⁊ tere in ſole ⁊ muta aquā
vnavice poſt aliā quouſqꝫ albeſcat.❡ Ali⁹
modus. Accipe quātitatē litargiri:⁊ inuolue
in coto albo ⁊ pone ī olla fictili:⁊ pone de-
ſup ipm aquā ⁊ accipe fabas recentes vel
nouas lb.j.⁊ pone deſup ⁊ ꝑmitte tandiu
bulire quſqꝫ fabe crepuerit ⁊ totū ſit nigri
ficatū:⁊ ꝓijce:⁊ cola:⁊ inuolue ī coto alio ⁊ ſu
ꝑpone aliā aquā clarā:ponēdo alias fabas
vt pri⁹ ⁊ coq̄ iterꝫ vt feciſti.⁊ facias hoc ter
vel āplius quouſqꝫ cotū nō tingatur ⁊ poſt
pone ipm in vaſe aliquo:⁊ pone ſup oīns
octoginta.ʒ.ex eo ſalis nitri q̄ntitateꝫ lb.j.
⁊ tere ſil'⁊ iterꝫ ſuppone d̓ ſale nitro albo
fortis albedinis.ʒ.xlij.poſtq̄ ſal nitrū pri⁹
diſſolueris in aqua ⁊ tere bene donec albe
ſcat magna albedine.deinde pone in vaſe
terreo magnū hābēte orificiū:⁊ ſuppone a-
quā multā ⁊ agita ⁊ dimitte donec reſideat
⁊ aqua clareſcat ⁊ abijce ipſam:⁊ iterꝫ po-
ne aliā aquā ⁊ fac ita donec aqua dulceſcat
⁊ nihil remaneat ſalſedinis. In fine vero
cola aquā:⁊ pone ī olla terrea noua vitreata
in ſole.xl.diebus ī eſtate.⁊ poſt.xl.dies q̄n
erit deſiccatū vtere eo.❡ Alius mod⁹. Ac
cipe litargiri boni aurei parteꝫ.j.⁊ tere bn̄
⁊ pone ſup ipm de ſale cōi partes duas et
pone ſup ipm quantitatē aq̄ qua cooperiať
⁊ ſuperet circiter quattuor digitis ⁊ dimit-
te in vaſe ſeptē diebus:⁊ miſce oī die bis.
⁊ poſt ſeptē dies ꝓijce aquā ⁊ pone aliam
aquā:⁊ muta aquā illā quotidie vſqꝫ ad fi-
nē.xl.dierꝫ.tūc aqua illa dulcificabiť ⁊ litar
girū dealbabiť ſicut ceruſa.fac trociſcos et
ſerua ⁊ vtere.❡ Oēs aūt iſtos modoꝫ ablu
tōis litargiri ſcribit bulcraſis in ſeruitore
de verbo ad verbū.

❡ Lacca ſic dꝫ ablui. Accipiť gūmi ei⁹ ⁊ te
ritur ⁊ ꝓijciť deſup aqua calida in q̄ bulierit
ariſtologia ⁊ ſquināti ⁊ moueať cū piſtello
⁊ dimittať reſidere ⁊ eijciať aqua. Deinde
ſicceť ī vmbra ⁊ reponať ī vaſe vitreo. Et
ſi nō clarificať prima vice facias ſcdo. S.
L.ag.ca. Hec.auctoritate dya.

❡ Limatura ferri ſic abluiť. Elige limatu-
ra ferri ⁊ nō ſit mixtio alicui⁹ alterius me
talli vt eris vel plūbi ⁊ ſimiliū.eſſet em̄ pe
riculū cū dareť in potu.⁊ pone in vaſe mū
do ⁊ ꝓijce deſup parū aceti:⁊ ponať ſub ſe
xtorio mūdo:⁊ iterꝫ ſup ſextoriū ponať co
riū aliqd̓:⁊ ibi dimittať.xxx.dieb⁹ ad min⁹
xxvij.⁊ extrahe ⁊ inuenies colorē eius ſi-
cut ʒinar. deſicca ⁊ vtere. Vel ſic. Ablue
cū aqua dulci aut cū aceto ⁊ cola per pānū
⁊ dimitte ſub ſextorio quouſqꝫ putreſcat:
⁊ poſtea ablue ⁊ repone.

Marcaſſita M

❡ Marcaſſite due ſunt ſpēs:ſcꝫ aurea ⁊ ar
gētea.⁊ illa q̄ eſt grauior eſt melior.⁊ mo-
dus ablutionis eius eſt ꝙ accipias de ea q̄
eſt aurea:⁊ tere ⁊ cribra.⁊ iterꝫ pone ī mor
tario ⁊ ꝓijce deſup de aqua pluuiali.⁊ tere
⁊ ſicca.⁊ iterū pone aquā aliā ⁊ facias hoc
ſeptē diebus cōtinuis.⁊ poſta adde parum
muſci ⁊ tere ⁊ vtere ea. Bulcraſis.

Oſſa Oleum O

❡ Oſſa anteꝙ abluantur debēt prius adu-
ri:⁊ poſtea debent ablui ſicut abluitur ſco-
ria vel cathimia.

❡ Oleū ad faciendū oīa olea dꝫ ablui ⁊ al-
bificari:⁊ ſic diciť oleū cōpoſitū. Forma ve
ro ablutōis eius eſt talis. Accipe de oleo bo
ni odoris ⁊ ſaporis ⁊ pone in olla:⁊ miſce
cū aqua calida:deinde pone ī ſole quouſqꝫ
albeſcat.⁊ tūc pone iterꝫ in ſole quouſqꝫ ſe
pareť oleū ab aqua:⁊ collige oleū de ſupfi-
cie aq̄ cū cocleari ⁊ repone.⁊ ſi fuerit albū
prīa vice:bene.⁊ ſi nō:iterꝫ repone in aqua
ſicut prius.⁊ miſce ſcdo ⁊ tertio donec al-
beſcat.❡ Aliť ſic. Accipe vas vitreatū in
tus ⁊ extra.⁊ fac foramē in fundo eius.dei
de pone digitū ſup foramē:⁊ policē ſuper
os vaſis ⁊ agita vas cū oleo ⁊ aqua agita-
tione forti ⁊ dimitte ꝑ horā:ſcꝫ quouſqꝫ ſe
pareť oleū ab aqua:⁊ natet oleū ſup aquā
tūc aufer digitū a foramine vaſis quouſqꝫ
egrediať aqua:⁊ īcipiat egredi oleū:tūc opi
la iterꝫ foramē:⁊ pone aquā calidā ſup oleū
⁊ agita ſicut pri⁹.⁊ hoc fac donec oleū albe
ſcat ſm voluntatē tuā. Bulc.in ſeruitore.

P

Plumbum

¶ Plūbū ſic ablui. opoꝛtet ꝙ habeas moꝛtariū ⁊ piſtellū de plūbo: ⁊ ꝓijcias in moꝛtario parū aq̄ ⁊ agita cū piſtello diu donec aqua icipiat igroſſari ⁊ denigrari. deide cola ipſā p pannū lineū ⁊ fac hoc ter vel an plius ⁊ dimitte qꝺ colatū eſt quouſqꝫ deſcēdat plūbū ad fundū vaſis in q̄ ipm colaſti ⁊ poſtea ꝓijce aquā ⁊ pone aliā aquā ⁊ laua ipm ſicut lauat ſcoꝛia auri vl' argēti. ⁊ ſepe quouſqꝫ nō remaneat i aqua vlla nigredo: ⁊ fac trociſcos ⁊ repone. ¶ Alius modus lauandi plūbū. Accipe plūbum purū ⁊ lima ipm cū lima ⁊ tere ipm, modicū cū aqua in vaſe qꝺ dicit ſalara. ⁊ piſtellū eſt de petra ⁊, pone deſup aquā ⁊ laua ⁊ cū manu aduna ⁊ qꝺ egredit de nigredine ꝓijce. Et ſcias ꝙ nō dꝫ lauari vna vice multū: ne cōuertet i ceruſā: ſꝫ debes expectare parū ⁊ poſtea reiterare aquā aliā ⁊ ſinere quouſqꝫ plūbū deſcēdat ad fundū vaſis ⁊ ꝓijce illā: ⁊ iterum mitte aliam. Finaliter vero abijciatur tota aqua ⁊ fac ex eo trociſcos ⁊ repone et vtere. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

S

Spodium Sarcocola

Spuma maris

¶ Spodiū abluit ſicut ponfiligos. Et pōfiligos eſt tuthia: ⁊ tuthia eſt cathimia de q̄ dictum eſt in littera. T.

Nutritio ſarcocole.

¶ Sarcocola ſic dꝫ ablui. Accipe de ſarcocola bona alba ⁊ groſſa. ⁊ pone ivaſe vitreo āpli oꝛificij: ⁊ emulge deſup eā lac aſine in quātitate pauca ſine ifundatur in ipo lacte vt liquefiat et remaneat quaſi ſicca. ⁊ pone ſubito in ſole vt cito deſiccetur: ⁊ quando erit ſicca opꝫ qꝛter mulgeas ſm quātitatē quā dixi. Sꝫ ſemꝑ caueas ne cooperias eā lacte ne aceſcat lac añꝙ deſiccet ⁊ deſtruatur. Fac ita quater vel q̇nquies: ⁊ cū hoc feceris ſicca bene ⁊ ſerua. Et ſi non habeas lac aſine paratū: fac cū lacte mulieris qꝛ eſt melius. Et ſunt q̇ abluunt cū lacte eque ⁊ capꝛe ⁊ alijs ſpēbus lactis. ſed lac mulieris eſt pꝛecioſius. B. i ſeruitoꝛe. Et dicit iſta ablutio ſarcocole eius nutritio vel cōfectio

¶ Spuma maris abluitur ſicut abluitur climia. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

Capitulum ſecundum de aduſtionibus medicinarum: ⁊ que ex his debēt aduri: ⁊ quomodo.

Inquit meſue aſſatōes medicinarū i frixoꝛijs ⁊ i patellis ſunt tribus de cauſis. Pꝛima: vt earū virtus augeat: ſicut verbigrā aſſat ſquilla vt fiat magis ſolutiua. Scđa cā eſt ꝑdicte oppoſita: ſcꝫ vt virtus medicine diminuat: ſicut verbigrā aſſat pſillium vt ſit humiditas eius minus lubꝛica ⁊ minus ſoluēs: ⁊ aſſātur plura vt mitioꝛa fiant. Tertia cā ꝓpter has duas cās ſil': ſcꝫ vt medicina habēs i ſe duas virtutes repꝛimat ꝙtū ad vnā virtutē ⁊ vigoꝛet ꝙtū ad aliā vt eſt facile videre in mirabolanis ⁊ reubarbaro in q̇bus ſil' eſt virtus ſolutōem faciēs: ⁊ virtus faciēs contractōem. In eoꝝ aūt aſſatōe minoꝛat virtus faciēs ſolutōem: ⁊ vigoꝛat virtꝰ faciēs cōtractōem. ⁊ in ben qꝺ eſt granū hermeſis eſt virtus vomica ⁊ virtus ſoluēs p vētrē. dū aūt aſſat maturat eius humiditas ſuꝑflua baurachia faciēs ſubuerſionē ⁊ nauſeam: ⁊ remanet virtꝰ ſolutōem faciēs. Iſte aūt ſunt medicine q̄ cōiter aſſant ſm oꝛdinē lraꝝ minoꝛis alphabeti: vt cōſuetū eſt

Attramentum Alumen A

Aloes Alkitran

Arſenicum Acaſſia

¶ Attramentū ſic adurit. Accipe de eo et pone ſuꝑ teſtā nouā ⁊ pone teſtā ſuꝑ pꝛunas ⁊ vꝛe. ⁊ ſit quātitas aduſtionis ſi fuerit attramētū nō multe humiditatis qñ nō apparebunt āpule ⁊ erit deſiccatū deſiccatōe foꝛti. ⁊ ſi fuerit āplioꝛis humiditatis: opoꝛtet ꝙ dimittat ſuꝑ pꝛunas quouſqꝫ mutet coloꝛ eius infra ſe ⁊ vertat ad ſilitudinem nigreꝛ id eſt ſinopis. tunc opoꝛtet ꝙ auferas ab igne ⁊ purges. Et ſunt qui ponunt ſuper pꝛunas ⁊ exſufflant deſuper donec declinet ad citrinitatem: aut ponunt ſuper teſtam ⁊ ponunt ſuper pꝛunas: ⁊ miſcent donec mutetur coloꝛ eius. B. in ſeruitoꝛe.

¶ Alumē comburitur ſicut attramentū: niſi ꝙ non ſit rubeū ſicut illud. Bulcraſis.

¶ Aloes ſic adurit. opꝫ vt ponas aloē i olla mūda ⁊ ſuꝑ pꝛunas donec adurat. B. i ſ.

¶ Arſenicū ſeu auripigmentū ſic cōburit. pone auripigmētū i vaſe fictili ſupꝛa carbones accēſos: ⁊ agita ſatis ipm ſine itermiſſione. ⁊ qñ erit valde calidū ⁊ coloꝛ mutatꝰ auferas ab igne ⁊ dimitte infrigidari ⁊ tere ⁊ repone. Bulcraſis in ſeruitoꝛe.

¶ Acaſſia ſic aduritur. pone ſupꝛa pꝛunas ⁊ aſſa quantū eſt neceſſarium. Bulcraſis.

Bolus armenus Boꝛrax B

¶ Bolus armenus ſic aduritur. Frange ipſum in fruſtra quantitatis fabe ⁊ pone ſuꝑ teſtam vel laminam ferream. Bulcraſis.

¶ Boꝛrax ſic aduritur. Mitte boꝛracē tritam in ſartagine ⁊ carbonibus impone et coque. Dy. ca. Viſcalos:

Climia Coꝛalus C

Calcantum Ceruſa

Conchilioꝛum teſte Coꝛnu cerui ⁊ capꝛe

Cancri Cantarides

Coꝛtices ouoꝛum

¶ Climia quoꝛūcunqꝫ metalloꝝ in genera

li ſic aduritur. Pone ipſam ſuꝑ ignem de prunis donec caleſiat ⁊ faciat ebulitões ſimiles veſicas ſicut facit ſcoria ferri. ⁊ extingue eã in eſtate in vino. Et q̃ eget vſu eius in ſcabie oculoꝝ oportet vt extinguat eã in aceto. Alij vero accipiũt ſcoriam cõbuſtã in hunc modũ quẽ dico: ⁊ terunt ipſam i vino: ⁊ ponũt ipſam in ollã factã ex argilla ⁊ comburũt alia vice ⁊ tertio donec vertaꝛ i cinerẽ: ⁊ nihil remaneat groſſiciei. Bul. in ſeruitore. Spãliter clumia ferri ſic aduriꝛ. Teratur tritura groſſa ⁊ ponaꝛ in aceto vł rob ⁊ exſicceꝛ ⁊ aſſetur ſuꝑ prunas. Bul. i ſeruitore. Spãliter etiã clumia auri ⁊ argẽti ſic cõburuntur. Accipe de ſcoria cabruſie quãtũ vis ⁊ cõfice ipſam cũ melle: ⁊ pone ipſam in vaſe fictili nouo ⁊ opila orificium eius ⁊ lini cũ argilla: ⁊ facias foramẽ in ſũmitate cooꝑtorij ꝑ q̃d fumus exalet: ⁊ pone vas in medio ignis ex carbonibus. Qñ ergo incipit ſcoria cõburi aſpice fumũ qui egrediꝛ ex foramie ſi declinat ad nigredinẽ dimittas adhuc ſuꝑ ignẽ. ſed qñ videris ipſum declinare ad albedinẽ: aufer ab igne ⁊ extrahe ſcoriã a vaſe: ⁊ pone ſuꝑ ipſam de bono vino quãtitate qua extinguaꝛ: ⁊ dimitte refrigerari ⁊ tere ⁊ vtere. B. i ſ̃uitore.

¶ Coralus ſic aduriꝛ. Accipe coralũ ⁊ pone in olla terrea ⁊ pone in furno ꝑ noctẽ. ſi bene cõburiꝛ bene eſt: ſ; ſi nõ: iterũ ponaꝛ donec cõburatur. Et ſunt q̃dam qui ponũt in crucibolo. ⁊ exſufflant ⁊ comburitur ſicut volunt. Bulcraſis in ſeruitore.

¶ Calcantum aduritur ſicut attramẽtum. Bulcraſis in ſeruitore.

¶ Ceruſa ſic aduritur. Accipe teſtã nouã ex terra ⁊ pone ſuꝑ prunas ⁊ pulueriſa deſuꝑ ceruſam poſtq̃ fuerit trita ⁊ moueatur ſine intermiſſiõe: ⁊ qñ fuerit cõuerſa ĩ colorẽ cineris: auferaꝛ ab igne ⁊ infrigidetur ⁊ vtere. ¶ Aliter ſic. Pone in vaſe concauo poſtq̃ teriꝛ ⁊ moueaꝛ donec fiat ſicut auripigmẽtũ rubeũ. deinde auferaꝛ ab igne: et adminiſtretur. S. L. ag. ca. Affidegi.

¶ Cõchilia ſic aduruntꝛ. Teſte earũ ponantur in olla mũda: ⁊ pone ĩ furno figuli vna nocte. deinde extrahe: ſi ſunt cõbuſte ſicut cinis albus bene. Si aũt non: pone iterũ in furno panis vel eodem: ⁊ dimitte donec ſit albe calcinate. Et ſunt q̃ ponũt cocleas ſuꝑ prunas ⁊ exſufflant ⁊ dimittunt donec fuerint albe: ⁊ terunt. ⁊ ponũt ſupra teſtã ferreã ſuꝑ carbones ⁊ exſufflãt donec ſint albe ſ̃m voluntatem eorum.

¶ Cornu cerui ⁊ capre ſic comburunꝛ. Accipe de cornu cerui aut capre et accipe ſicut eſt ⁊ pone ſuper prunas ⁊ exſuffla donec albeſcat. Qui vult cõburere ſ̃m aliam formam: frangat ipm̃ in fruſtra ⁊ ponat eũ in olla: ⁊ faciat ſicut dictum eſt de conchilijs. Bulcraſis.

¶ Cancri ſic debent aduri. Accipe cãcros fluuiales viuos qñ ſol erit in ſigno arietis tridecima die mẽſis lunaris ⁊ pone ĩ furno panis quouſq; cõburatꝛ ⁊ nõ ꝯuertaꝛ ĩ cinerẽ. Et q̃dã ĩcẽdũt furnũ cũ lignis vitis ⁊ forma eſt eadẽ. Et q̃ ſunt pro ptiſicis ⁊ emotoycis abſcindunt pedes eoꝝ ⁊ dentes: et ſic cõburunt. B. in ſeruitore.

¶ Cantarides debent comburi ſicut cõburuntur yrundines. Bulcraſis in ſeruitore.

¶ Cortices ouoꝝ cõburuntur ſicut comburuntur conchilia. Bul. in ſeruitore.

D

Dragagantum

¶ Dragagantum ſic debet aſſari. Frange eum in fruſtra ad magnitudinẽ orobi. Deinde accipe patellã ⁊ calefac eam ⁊ aufer ab igne ⁊ pone ſuper eam dragagãtum ⁊ miſce bene ſine intermiſſione donec albeſcat Et ſi non albeſcat prima vice: fac iterũ vt prius donec ſit album.

E

Es

¶ Es ſic aduritur ſ̃m aliquos. Accipe clauos eris repertos in naui et pone in olla fictili cruda cum ſulphure ⁊ ſale partibus equalibus ⁊ fac vnum ſolarium primo ex ſale ⁊ ſulphure: poſtea ex clauis: poſtea adhuc aliud ſolariũ ex ſulphure ⁊ ſale: ⁊ poſtea ex clauis. Et ſic gradatim procedendo quouſq; tota olla ſit plena ⁊ poſtea coopери vas cum coopertorio terreo ⁊ pone ĩ fornace figuli: ⁊ dimitte quouſq; vas bene coquatur ⁊ aufer ⁊ repone. Alij vero radunt ſuper ipſum alumen iameni: deſuper loco ſulphuris. Alij comburunt cum ſulphure ſolo: ſed id fit nigrum. Alij vero liniũt clauos cum ſulphure ⁊ alumine diſſolutis in aceto: ⁊ adurunt in vaſe crudo. Et alij accipiunt clauos ⁊ ponũt in vaſe ereo ⁊ proijciunt deſuper acetum ⁊ comburunt. ⁊ poſtq̃ aduſtum eſt ſemel proijciunt iterum deſuper acetum. ⁊ ſic faciunt ter ⁊ reponunt

¶ Alij vero ſic comburunt es. Accipiunt limaturam eris rubei ⁊ ponunt deſuꝑ octauam partem ſui de ſulphure ⁊ ligant in pecia ⁊ liniunt vel lutant cum argilla ⁊ ſinũt ſiccari ⁊ poſtea ſepeliunt in igne facto ex ſtercoribus animalium duobus diebus: q̃a exit aduſtum. Et melius es vſtum omnibus eſt id quod aportatur de babilonia. et poſtea id quod venit de cypro quod declinat ad nigredinem ⁊ ruborem. Bulcraſis ĩ ſeruitore.

F

Fex vini ⁊ aceti

¶ Modus cõburendi fecẽ vini ⁊ aceti. Accipe fecem vini ⁊ munda ⁊ ſicca eã ĩ teſteo

vaſe ſup ignē magnū ⁊ dimitte donec com
buratur. ⁊ ſignū cōbuſtionis eius eſt quan
do mutabit color eius in albedinē ⁊ pūgit
linguā cū inflāmatōe. ⁊ ſimili modo cōbu
ritur fex aceti. Bulcraſis in ſeruitore.

G

Gummi omnes Galle

Forma aſſandi gūmas vt gūmi arabicū ⁊ generaliter oēs alias gūmas eſt ſicut forma aſſandi dragagantū.

Forma aſſandi gallas. Frāge vnāquāq; gallā in quattuor vel in qnq; partes: ⁊ infunde eas in oleo oliuarum vna hora. deinde aſſa ſupra patellā ferreā vel teſteam calefactā primo: ⁊ caue ne aduratur ⁊ deſtruatur virtus earum. Bulcraſis in ſeruitore.

K

Kathimia Karabe

Aſſatio kathimie. Kathimia ſic aſſat. Accipe eā ⁊ tere bene. aut accipe de lauata ⁊ trociſcata vt ī ca. de ablutioñ. ⁊ pone ſup teſtā nouā ⁊ pone ſup prunas ⁊ volue trociſcos cū aſſiduatōe donec ſiccent ⁊ fiāt rubei ⁊ repōe ⁊ vtere Bul. in ſuitore.

Combuſtio kathimie. Cōbuſtio tn̄ eius fit in hūc modū. Accipe de tuthia lota ⁊ cōfice eā cū melle bono ita q̄ fiat ad modū paſte ⁊ pone in olla terrea q̄ habeat orificiū ſtrictū et cooperi cū coopertorio cōueniēti orificio eiꝰ ⁊ opila liniendo cū argilla ⁊ fac foramen in medio coopertorij ⁊ pone in fornace calcis ⁊ dimitte donec vrat. Et qñ erit aduſta cuiꝰ ſignum eſt q̄ non egreditur a foramine fumus: aufer ab igne: ⁊ extingue eam calidā in rob: ⁊ ſicca ⁊ repone. Bul. in ſeruitore.

Aſſatio karabe. Karabe ſic aſſat. Frāge ipam ī fracturis paruis ⁊ aſſa vna vice vel duabus ⁊ ſerua

Cōbuſtio karabe. Sed cōbuſtio eiꝰ fit ī hūc modū. Accipe ollā fictilē ⁊ pōe karabe itus ⁊ claude os eiꝰ cū luto ⁊ pone ī igne furni vna nocte. deīde extrahe ⁊ tere ⁊ vtere. Bulc. in ſeruitore.

L

Litargirum

Lana Lepus

Litargirū ſic adurit. Frange fruſtratim ad quātitatē nucis ⁊ pone ſup prunas exſufflādo cū fole fabrorum dōec fiat ſicut ignis deinde extrahe ab igne ⁊ ſine infrigidari ⁊ abſterge ipm a putredine. Alij vero qñ extrahūt ipm ab igne extingūt in aceto vel ī vino: ⁊ iterum ponunt in igne: ⁊ ſic faciunt tertio: ⁊ etiam pluries extinguendo: ⁊ poſt ea abſtergunt. Bulcraſis in ſeruitore.

Lana ſic adurit. Laua eā bene ⁊ pectina cū pectine ⁊ pone ī olla fictili ⁊ cōbure leui igne: vel pone ī furno panis: ⁊ nō oportet vt adurat: ſed ſolū aſſet vt poſſit teri ⁊ repone ⁊ vtere. Et ſunt qui pectinant cū ſua ſordicie: ⁊ poſt lauant ⁊ faciunt ſicut dictum eſt. Bulcraſis in ſeruitore.

Lepus ſic adurit. Accipe leporem ⁊ decolla ⁊ pone in olla noua cū ſuo corio ⁊ cōbure donec fiat cinis. Deinde tere cinerē iſtum ⁊ vtere. Bulcraſis in ſeruitore.

M

Mirabolani

Forma aſſādi mirabolanos citrinos kebulos idos: bellericos ēblicos: os q̄ ibibas mirabolanos ī aqua: id ē ſucco citoniorum aut granatorum acetoſorum: aut ī ſucco vue acerbe aut citri aut ī aqua vbi decocti ſūt berberes aut lētes: aut vbi decoctū ē lapaciū acutū ⁊ maxime oxilapatiū qd̄ eſt acetoſa. deīde exſicca eos bene ⁊ madefac ī oleo rosarum vel in oleo de lēciſco: ⁊ ē oleū de zaror id ē mepſilis: vl' de ſorbis aut oleo maſticino vl' butiro vel oleo oliue. Deīde aſſa ſup patellā vl' teſtē calefactā primo. ⁊ caue ne adurat et deſtruat virtus eorum. Bulcraſis in ſuitore.

O

Opium Oſſa

Opiū cū adminiſtrat in colirijs oꝫ aduri Modus aūt aduſtionis eius eſt talis. Accipe laminā ereā ⁊ pone ſup prunas donec bene calefiat. ⁊ aufer ab igne ⁊ pone ibi ſubito de opio mūdo: ⁊ qñ videris eū liq̄factū aufer ne deſiccet ne fiat frangibile: ⁊ refrigera ⁊ vtere. Bulcraſis in ſeruitore.

Oſſa cōburunt vt cōchilia. ⁊ ſūt q̄ ponūt ſup prunas ⁊ ſufflāt donec dealbent.

P

Pſillium Pix liquida

Plumbum

Modꝰ aſſādi pſilliū. Accipe patellā ferreā aut terreā aut eneā: aut lebetē cū lato orificio ⁊ calefac eā bñ. deīde aufer ab igne ⁊ ſtatī ſuppone pſilliū anq̄ infrigidet ⁊ cōmiſce ſemp donec videas aſſatōem eiꝰ cōpletā ad volūtatē tuā. Et ſi nō fuerit cōpleta vna vice: reitera vt prius: ⁊ calefiat patella ſine pſillio: ⁊ caue ne pſilliū cōburat. Debet tn̄ pſilliū multū aſſari duplici de cā. Quarū prima dicta eſt ī particula prima huius ca. de ſeminibus. Scōa cauſa eſt vt eiꝰ humiditas ſuperflua conſumat cuius cauſa habet labificare ⁊ lubricum facere.

Pix liq̄da interdū adurit ad opa medicine ⁊ vtit eius fumo. Modus aūt adurēdi picē liq̄dā ⁊ accipiēdi fumū eiꝰ eſt iſte. Accipe crucibolū ſeu lucernā ferreā vl' terreā ⁊ pone ī eo liciniū ⁊ parum picis liq̄de ⁊ accēde liciniū. deīde coopi ſup flāmā lumis eiꝰ coopertorio terreo interiꝰ vitreato: ⁊ ſit forma eiꝰ ſilis furnulo habēs culmē: cuiꝰ ſūmitas tēdat ī acutū: ⁊ ſit ſtricta. ⁊ ſūmitas eiꝰ habeat foramē ſicut athanor: ⁊ dimitte ſic flāmā ſub coopertorio: nā fumꝰ eiꝰ adherebit parietibꝰ coopculi. Et qñ pix minuet adde picē aliā. ⁊ facias hoc tādiu q̄ colligat ex fumo q̄tū volueris. Et caue ne nimiū calefiat coopertoriū ⁊ fumꝰ nō adhereat fumo: ſꝫ cōuertat ad inferiora: q2 oportet q̄ euētes cū flabello hora poſt horā. ⁊ p hunc modū ac-

cipitur fumus ex butiro. Bul. in ſeruitore.
¶ Plumbū ſic adurit̃. Accipe laminas plū
beas ⁊ pone in olla fictili ⁊ proijce ſup eas
parū ſulphuris radēdo ſup eas. Deinde ac
cipe alias laminas plūbi ⁊ pone ſuper pru
nas. ⁊ iteꝝ rade ſup eas de ſulphure. ⁊ fac
ita quouſqꝫ olla ſit plena. Deinde accende
ſub eis ignē. ⁊ qn̄ videris plūbū inflāmari
oportet ꝙ cōmiſceas cū virga donec plum
bū cōuertat̃ in cinerē: ita ꝙ nihil remaneat
de ſubſtantia plūbi: quin ſit totū cōuerſuꝫ
ī cinerē: ⁊ qn̄ erit ita aufer ab igne ⁊ dimit
te infrigidari. Et oportet ꝙ ille q̇ hoc facit
cooperiat faciē ſuā: nā odor multum nocet
¶ Aliter ſic. Accipe limaturā plumbi ⁊ ad
miſce cū ea de ſulphure ⁊ pone in olla ſup
ignē ⁊ agita cū virga modo p̄dicto. ¶ Alit̃
ſic. Accipe ceruſam de plūbo loco ſulphu-
ris ⁊ impone. ¶ Aliter ſic. ⁊ eſt mod⁹ quo
vtuntur hiſpani. Accipe plūbuꝫ ⁊ pone in
furno aurifabri. ⁊ ſuffla cū folle donec inflā
met̃. ⁊ poſt rade ſup euꝫ ſulphur donec ſit
cōbuſtum ⁊ collige ⁊ repone. Uel ſuffla ſu
pra ipm̄ ſine aliquo ſulphure quouſqꝫ com
burat̃. Uerūtamen ſic cōburendo eſt labor
magnus nec pōt cōburi niſi in magno tp̄e:
⁊ cum difficultate. Et ſcias ꝙ qn̄ erit bene
adustū cōuertet̃ in colorem litargiri nec dꝫ
poſtea poni in opere niſi prius abluatur ſꝫ
modū quē diximus. Bulcraſis in ſeruitore

R Radices
Ramuli
Ramule

¶ Modus adurendi ramulos ⁊ radices ⁊
folia ⁊ q̄cunqꝫ ex eis egent cōbuſtiōe vt cōi
ter ſolet fieri de ſarmentis vitis ligno fic⁹
⁊ lentici id eſt ʒaʒur ſiue ſorbe aut meſpili
⁊ terebinti ⁊ radice cāne ⁊ oībus radicib⁹
⁊ corticibus: vt ſunt cortices auelanaꝝ. ca-
ſtanearū. glandiū. ⁊ ſimiliū qn̄ volueris ex
eis cinerē facere. Accipe de eis qn̄ ſunt de
nouo amputate: ⁊ habent in ſe ſatis de hu
miditate ⁊ abſterge bene a terra: ⁊ laua be
ne cū aqua donec nihil remaneat in eis ex
terra vel alia putredine. deinde iple ex eis
ollā magnā quantū oportet: ⁊ claude eā cū
coopertorio pforato vt fumus eoꝝ egredia
tur. Deinde pone ī furno panis a ſero vſqꝫ
ad mane ⁊ extrahe ollā ⁊ videbis ſarmēta
⁊ ramulos: ⁊ ſic de ſingulis facta ſicut car-
bones tunc tere bene eos ⁊ pone ī olla mi
nori prīa ⁊ pone iteꝝ in furno ⁊ facias hoc
ſepe donec inuenias cinerē albū bonum le
nē tactu quē ſerua neceſſitati. B. ī ſuitore.
¶ Forma comburendi yricos ⁊ ramulas:
eſt ſicut forma comburendi leporem.

S Sericum
Sal commune
Sal nitrum
Sal alkaly.
Spuma maris
Scorpiones
Squilla
Semina

Seta ſiue ſericū ſic adurit̃. Accipe de folli
culis ſerici q̇ nundū ptranſierūt annū vnū
⁊ aperi ⁊ extrahe vermes mortuos q̇ ſunt
in eis: ⁊ purga eos bene ⁊ pone in fūdo ol
le noue ⁊ pone ſup os eius lapidē ⁊ pone
ſub olla ignē: ⁊ fac ſicut factū eſt de lana q̄a
eſt idem modus faciendi vtrobiqꝫ.
¶ Sal cōe ſic cōburitur. Accipe de ſale ⁊
tere ⁊ pone in vaſe terreo ⁊ luta labia va-
ſis cū coopertorio ſimul cū argilla ⁊ ſepeli
as inter prunas: ⁊ dimitte donec cōburat̃.
⁊ ſunt q̇ ponūt in paſta ⁊ ſepeliūt ſub pru
nis donec paſta fuerit cōbuſta. ⁊ ſunt q̇ ab-
luunt in aqua ⁊ dimittūt deſiccari. ⁊ poſtea
ponūt in olla: ⁊ cooperiūt ⁊ accēdūt ignem
ſub ea ⁊ ponūt circū ollā prunas: qꝛ ſal nō
ceſſat crepitare donec ſit cōbuſtū. Alij te-
runt ſal bene ⁊ ponūt in olla ſup ignē ⁊ ex
ſufflant donec ſit cōbuſtū. B. in ſeruitore.
¶ Sal nitrū comburitur ſicut ſal cōmune
ſcꝫ ꝙ ponat̃ in teſta ſup prunas donec com
buratur exſufflando. ⁊ ſi non bene adurat̃
prima vice iteꝝ reponatur: ⁊ exſufflet̃ do-
nec aduratur quantū oportet. B. ī ſuitore.
¶ Sal alkaly cōburit̃ ſic. Accipe ipꝫ ⁊ tere
⁊ cōbure ipꝫ ſicut adurit̃ plūbū. B. ī ſuitore
¶ Spuma maris ſic adurit̃. Pone eā in ol
la terrea ⁊ cooperi ⁊ luta cū argilla ⁊ pone
in furno quouſqꝫ aduratur: deinde accipe ⁊
repone. Quidam ponunt ſuper prunas et
cōburunt exſufflando. Bul. in ſeruitore.
¶ Forma adurēdi ſcorpiones. Accipe de-
cē ſcorpiones viuos ⁊ pone in olla noua et
luta eā cū paſta aut cū terra ⁊ pone ī furno
⁊ accēde ignē in eo cū lignis vitis: quouſqꝫ
calefiat: ⁊ dimitte ibi ollā die ac nocte ⁊ ex
trahe. Et ſunt q̇ ponunt ollam in athanor
panis ⁊ dimittunt decē horis poſtea terunt
ſcorpiones ⁊ ſeruant. Bul. in ſeruitore.
¶ Sq̄lla ſic adurit̃. Accipe ſq̄llā priuſq̄ i-
cipiāt geriari folia ei⁹ ⁊ ſtipites ⁊ cauteriſa
eā cū veru ex ferro cādēti ⁊ vre bene ī loco
illo vbi ſtipes ⁊ folia oriūt̃ vl' oriri dn̄t ⁊ fac
id anq̄ germinet ſtipes. Nā qn̄ ort⁹ eſt ſti-
pes ei⁹ nō eſt āplius īgeniū vrēdi eā niſi ꝙ
inſcindat̃ totū id qd̓ ortū eſt ⁊ cauterizet̃ ⁊
vratur bene locus vbi oriebat̃: ita ꝙ āpli⁹
nō germinet ibi aliq̄d. B. ī ſuitore. ¶ Alit̃
ſic. Accipe ſquillas ⁊ elige eas ſm̄ doctri-
nā quā diximus in prima pticula huius ca.
de laxatiuis. Et abſcīde ex inferiori parte
folioꝝ eius id qd̓ eſt deſiccatum ⁊ abſcin-

Aduſtio iſta ſquil le appellat̃ a medicis caſtratio et non aduſtio.

Hec eſt proprie illa quam appellant medici aſſationeꝫ ſquille. et de qua intelligunt.

de radicē eius ⁊ purga eam bene totā ⁊ in
uolue eā in paſta facta ex farina ordei vl' al
terꝰ aut in maſſa facta ex argilla rubea dul
ci aut nigra: ⁊ ſit inuolutio eius quo inuol-
uis eā groſſitudinis vnius digiti: ⁊ pone eā
ſic inuolutā in furno aut in athanor: vbi ſint
prune incenſe: ⁊ ibi dimitte tota vna nocte
vel plus donec ſit aſſata paſta: ⁊ cōpleatur
decoctio eius ⁊ color eius fiat rubeus. Dei
de aufer ab igne ⁊ ſine īfrigidari ⁊ aufer pa
ſtam qua inuoluiſti eā ⁊ cōſidera ſi videt̄ ti
bi bene aſſata: ita ſcʒ vt ſit mollis tractabi
lis. Si ergo ignis cōpleuit opus ſuū in ea
bene. ſed ſi nō: coq̄ iterū inuoluta paſta vel
argilla quouſqʒ ſit equaliter ꝑ totum aſſata
Nā niſi bene aſſet̄ remāet ī ea acuitas ma-
la q̄ nocet ſtomaco ⁊ vētri valde ⁊ facit vo
mitum ⁊ nauſeam. Bulcraſis in ſeruitore
Semina q̄ cōiter adurunt̄ ſūt iſta ſeq̄ntia.
Portulace
Naſturcij
Altee
Plantaginis
Lini
Mirti
Aniſi
Carui
Hec omnia ſemina aduruntur ſicut aduri-
tur pſilium.

T

Thus
Thirus

¶ Ex thuris aduſtiōe accipit̄ fumus eius:
⁊ eo vtimur ī medicina. ⁊ eius modus eſt
talis. Accipe de thure bono ⁊ claro ⁊ accē
de cū lumine cādele ⁊ pone in olla terrea
vitreata quouſqʒ cōburat̄. deide cooperi ol
lā ſubito vt colligat̄ fumus poſt cōbuſtiōeʒ
eius: q2 ſi nō opiles ollā: ſubito cōuertetur
in cinerē. Et ſunt q̄ in hora cōbuſtionis co
operiūt ollā coopertorio eris habēte culmen
ad colligendū fumū eius. verū forma colle
ctionis fumi eius eſt ꝙ apprehēdas fruſtrū
thuris cū toto ſuo cortice cū forficibꝰ ⁊ ap
pone flāme vt accendat. ⁊ ꝓijce in vaſe ter
reo paruo qd̄ habeat coopertoriū ex ere deli
cate factū. Et non oportet vt tu accendas
granū ſcd̄ʒ anteq̄ extinguat̄ granū primū.
Et oportet ꝙ coopertoriū ſit taliter ſituatū
ſuꝑ os vaſis ꝙ cognoſcat̄ qualiter ⁊ quātū
colligit̄ ex fumo ex cooꝑculo: ⁊ eſt ꝙ tu iter
ponas lapillū inter labiū vaſis ⁊ cooꝑculi
tante groſſitudinis vt ꝑ illā diſtantiā vide-
re poſſis collectiōem fumi: ⁊ rora ſuꝑ coop
toriū cū ſpongia vel pecia madefacta in a-
qua frigida ne coopertoriū nimis caleſiat ⁊ iū
gatur vnꝰ fumus cū alio. nā ſi hoc nō fieret
fumus ꝓpter calorē cooꝑculi cōuerteretur
ad inferiora ⁊ miſceret̄ cū cinere olibani ⁊
non colligeretur tantū. Et hoc modo adu-
runtur mirra ⁊ ſtorax ⁊ gallia: ⁊ oēs gūmi
a q̄bus volumus fumū recipe. B. ī ſuitore

¶ Forma cōburendi tyros ⁊ alios ſerpen
tes. Accipe ſerpentes tyrias feminas qui
ſunt rubei coloris: ⁊ habent caput extenſū
⁊ venare eas in hyeme in locis vbi ſunt ꝓ
pe aquas ⁊ arbores: ⁊ pone in olla noua ⁊
luta os eius cū argilla ⁊ pilo: ⁊ mitte in fur
no nocte vna. Sed forma cōburēdi caput
tyri eſt iſta. Accipe de capitibus tyri ſtatim
poſt abſciſionē eorū abſqʒ ꝙ ſaliant: ⁊ pone
in olla fictili vitreata ⁊ inuolue eā paſta: et
pone ſuꝑ ignē ex prunis. ⁊ non oportet ꝙ
cōburantur: ita ꝙ fiant ſicut carbones: ſed
remaneat in eis aliquid humiditatis: ita ꝙ
poſſint teri ſolū ⁊ cribrari. B. in ſeruitore.
Nec obeſt cōtra dicta ꝙ cōiter practicātes
ſicut auicēna ca. de lepra. ⁊ gordonius ī ca.
de tyriaca. ⁊ ceteri preeligunt tyros q̄ ve-
nantur in mōtibus ⁊ longe ab aquis: ⁊ vo-
lunt ꝙ debent venari in principio eſtatis q2
ipſi hoc intelligunt quo ad elixatiōem. quo
ad aduſtionē vero debent eligi ſicut dictum
eſt ex intentiōe B. ī ſuitore: q2 ꝑ aduſtio-
nē humiditas eorū ſuꝑflua quā acq̄ſiuerunt
ab aq̄s ⁊ a tꝑe humido ſatis conſumitur.

V

Vitrum
Viride eris
Vitreolum

¶ Vitrū aduritur ſic. Teratur ⁊ ponat̄ in
crucibolo ⁊ exſuffletur fortiter donec adu-
ratur: ⁊ ſi non aduritur bene: iterū ponat̄ et
exſuffletur quātū oportet. B. in ſeruitore

¶ Iſtū tamen modū adurendi vitrū nō ap
probat magnus amēzoar: ſed dicit ꝙ opor-
tet ipſum vngi cū kitrā: id eſt pice ſubtili. dei
de caleſieri ⁊ igniri: ⁊ ignitū extrahi cū te-
naculis ⁊ ſubmergi in aquā frigidiſſimam:
poſtea tergi ⁊ iterū vngi ⁊ igniri ⁊ in aquā
extingui ſic faciendo ſepties. ſic em̄ dicit ip
ſe ꝓprie dʒ denoiari vitrū cōbuſtū. Attēde
tamen ꝙ quātūcunqʒ vratur vitrū in cruci-
bolo tamen adhuc ſemꝑ remanet fuſibile:
nec ꝑ talē aduſtionē remouet̄ ab eo fuſibili
tas: ⁊ ſic videtur ꝙ non ſit combuſtum. Si
gnū tamen combuſtionis eius eſt ꝙ eſt in
ter digitos teribilis ⁊ frangibilis faciliter
cū digitis. ⁊ poteſt in ſubtiliſſimū puluerē
redigi: quaſi eſſet cinis. qd̄ non cōtingit de
vitro quod non eſt combuſtū. Ad quod di-
ligenter attendent apotecarij.

¶ Viride eris ſic cōburitur. Accipe de ipo
⁊ pone ī patella terrea ſuper ignē ⁊ miſce
quouſqʒ videas colorem eius mutari: ita ꝙ
vertatur ad colorem tuthie. ⁊ poſtea aufer
ab igne et ſine tepeſcere. et collige ⁊ ſer-
ua ⁊ vtere. Bulcraſis in ſeruitore.

¶ Vitreolum aduritur ſicut atramentum cuius eſt ſpecies. Bulcraſis in ſeruitore.

y Yrundines

Yſopi humidum

¶ Forma adurendi yrundines. Accipe de pullis yrundinū anteq̄ naſcātur in eis plume ⁊ pone ſup eas modicū ſalis: ⁊ ponant in olla noua q̄ cooperiatur ⁊ lutet. ⁊ ponat ſupra prunas vel in furno panis donec cōburantur. ⁊ ſerua ⁊ vtere. Bul.

¶ Yſopi humidū ſic aduritur. Pone ſuper ignē in olla nouā ⁊ dimitte ibi donec fiat ſicut cinis ⁊ ingroſſet piguedo eius. Et ſūt qui recipiunt fumū eius. Bulc. ī ſeruitore.

Capitulum tertium de forma extrahēdi medulas a ſeminib⁹ ſiue de modo excorticandi ſemina ⁊ radices.

a Quibuſdam ſeminibus debent extrahi medule priuſq̄ ingrediātur cōpoſitionē: ita q̄ ſola medula eorum vtimur. vt ſunt ſemen cartami. quattuor ſemina frigida maiora. ſcʒ cucumeris cucurbite. melonum ⁊ citruli. ⁊ ſic de alijs. quāuis interdū cū cortice debeant ſiml' poni in medicina aut ſolo eoꝝ cortice vtimur aut ſaltē principaliter vt ex ſemine ſumac principaliter cortice vtimur: vt dictū eſt ſuperius in libro p̄io ca. de ſeminibus. Similiter etiā ſunt alique radices ⁊ aliq̄ plāte q̄ debent excorticari: q: ſolo eoꝝ cortice vtimur de q̄bus ſupra libro p̄io ca. ꝓprio.

¶ Forma vero extrahendi medulas a ſeminibus eſt talis. Accipe de ipſis ⁊ purga a ſupfluitatibus: ⁊ ſi habeant aliquā humiditatē: oportet q̄ deſiccet in ſole. Deīde pone in mortario ⁊ frange leuiter cortices ei⁹ ⁊ frica manibus quouſq; ſeparet cortex a corde. Deinde cribra paulatim cū cribro facto ad hoc: q: cor eius deſcendet: ⁊ cortex remanebit ſupra cribrū. Et ſunt q̄ auferūt medulā eius cū manu ſigillatim ⁊ colligunt cor eius cū forficibus paruis vel cū vnguibus. Sed hoc op⁹ eſt magni laboris: ⁊ non poteſt fieri ex eis niſi modicū. Et prior modus eſt melior. Bul. ī ſeruitore. ¶ Aliqua tū̄ ſemina excipiunt ab hac regula: vt ſunt ſemīa cathapucie. ſiʒami. amigdale pignee de q̄bus ſeriatim dicendū eſt. Semen cathapucie ſic ſolet excorticari. Qñ accipitur ex arbore ſua recens: eſt difficilis ſeparationis a cortice ſuo. Unde q̄ vult ip̄m excorticare ſine labore: oportet q̄ extēdat in ſole calido ⁊ dimittat tota die. ⁊ moueat horam poſt horam: q: qñ ſol calefacit grana facit crepare corticē illū ab oī parte eius: ⁊ facit egredi grana eius. colligat ergo grana q̄ egreſſa ſunt. ⁊ ſi remaneāt aliqua grana q̄ non ſint ſeparata a cortice: fricent cū manibus vel cū panno aſpero donec egrediātur mundata. Et ſi aliqua inde nō crepuerint: ponant iteꝝ in ſole donec crepēt ⁊ fiat vt prius. ſed ſi eges excorticatiōe eoꝝ ī breui tpe: pone patellā ſup ignē donec ſit ꝓpe calefactioni ⁊ auferas ab igne. ⁊ pone grana in ea ⁊ miſce. ⁊ ſit calor patelle aliquantulū fortior calore ſolis. ſcindent eñ ſic cortices ⁊ egredient grana: verū ad auferendū corticē eius hoc ſcd̄o modo eſt labor magnus. ⁊ ꝓpter hoc multi extrahunt oleū ei⁹ abſq; hoc q̄ auferant corticē illū. ⁊ q̄ vult auferre corticē nō habet ingeniū aliud niſi mūdando grana vnū poſt aliud: aut cōquaſſet ea leuiter ſicut dictū eſt de excorticatōe ſeminū in generali. veꝝ hoc modo ipſa adherēt ſimul ⁊ conglobant ꝓpter nimiā humiditatē eoꝝ. quare oportet vt terātur leuiter ⁊ paulatim cū leuitate magna ⁊ ingenio. Et ſm̄ hanc formā oportet q̄ terantur grana laureole ⁊ bacce oēs: q: ſūt ꝓpe figurā eoꝝ. B. ī ſuitore.

Excorticatio ſeminis cathapucie ⁊ laureole.

¶ Grana vero ſiʒami ſic debēt excorticari. Accipe de ipſis ⁊ purga a terra ſi ſit: ⁊ ab alijs ſupfluitatibus ⁊ pone in vaſe fictili cū aqua frigida ⁊ dimitte p noctē ⁊ in mane cola. ⁊ dimitte ſiccari parū ab humiditate aq̄ ⁊ pone in pecia lini forti ⁊ liga os eius. ⁊ pcute ſiʒamū ab oī pte eius donec excoriet totū ⁊ ꝓijce in vaſe. ⁊ ꝓijce ſup ip̄m aquā frigidā ⁊ miſce bene. ⁊ cū videbis corticē eius natare ī ſuperficie aque proijce aquam: ⁊ fac ita donec nihil remaneat ex cortice. deinde ſicca ⁊ ſerua neceſſitati. Bulcraſis in ſeruitore.

Excorticatio granorum ſiʒami.

¶ Modus vero excorticandi amigdalas pigneas nuces ⁊ cetera his ſiſa talis eſt. Oīa iſta excoriant ī aqua calida ⁊ hoc ē notū oibus. Et ſunt q̄ ponūt in aquā frigidaʒ p noctē ⁊ in mane excoriant. Et ſunt q̄ ponūt in patella ſup ignē paruū quouſq; excorient. Et ſunt q̄ ſepeliūt qñ recētes colligunt ī patella ferueti q: tūc cadit cortex eorū ſupior. B. ī ſuitore.

Excorticatio amigdalarum pignearum ⁊ horum ſimilium.

¶ Sed modus excorticandi radices talis eſt. Unāquanq; radicē p ſe cōquaſſes cū malleo ferreo paruo q: tali modo citius ⁊ melius ſeparabit cortex a corde q̄ alio modo. B. in ſeruitore.

Excorticatio radicum.

Capitulum quartū ⁊ vltimum de modo extrahēdi muſcilagines a radicibus ⁊ ſeminibus ⁊ gummis.

a Quibuſdā ſeminibus ⁊ a q̄buſdā radicib⁹ extrahunt muſcilagines: quaꝝ muſcilaginū ꝯueniēs ē vſus ī medicina: vt a radicib⁹ ⁊ ſeminib⁹ malue ⁊ biſmalue: ⁊ a ſeminib⁹ pſilij. citonioꝝ. fenugreci. lini. malue. biſmalue: ⁊ ſimilium.

quorum omniū vnus eſt modus talis. Accipe de ipſis quantum vis: ⁊ munda a terra ⁊ a qualibet re extranea. ⁊ pone in olla munda. ⁊ pone ſuper ipſum de aqua munda calida lb. iiij. ad vnāquāq; lb. ſeminis vt pſilij vel ſimilium. aut plus ſm quod tu volueris pinguē eſſe muſcilaginem aut ſubtilem. ⁊ dimitte ſimul per noctem. mane vero calefacias parum ſuper ignem ⁊ proijcias in marſupium factum ex tella lini forti ⁊ groſſa. ⁊ ſtringe os marſupij cū ligamento fortiter ne aliquid ex pſilio vel alijs ſeminibus lubriſcet. deinde eum ſuſpēde ſuper orificium olle vitreate ⁊ percute marſupium ab oī parte eius cum virga lignea vel ferrea ſubtili. ⁊ quod egredief de muſcilagine trahe mulgendo ad inferiora cū virga donec muſcilago deſcendat in ollā. ⁊ fac id donec nihil egrediatur a marſupio Deinde diſſolue os eius ⁊ liga iterum magis inferius a loco in quo ligaſti prius ⁊ p̄cute iterum cum virga quouſq; egrediatur tota muſcilago. Nam ſic ſemina egredientur ſicca totaliter ex marſupio cum hoc artificio. Et ſunt quidam qui ponunt ſuper ſemina aquam calidam: ⁊ miſcent bene. et ponunt in panno vel cribro. ⁊ premunt donec tota muſcilago egrediaf. ¶ A quibuſdam etiam gummis vt a gummi dragaganto: ⁊ a gūmi arabico extrahuntur muſcilagines cuius modus extrahēdi notatus eſt in capitulo de ablutionibus. Et in hoc finit liber primus de ſimplicibus ⁊ eoꝝ preparationibus.

Finit liber primus.

Incipit liber ſecundus

Primus in libro primo de ſimplicibus quibus debet eſſe munitus apotecarius: ⁊ de eorum preparationibus. Conſequenter in hoc ſcdo libro ſm prepoſitū ordinē ſupeſt antidota deſcribere vſualia numero tm̄ hic plura deſcribentur q̄ apotecario neceſſaria videanf. Id autē maxime fecimus quoniā in pleriſq; regionib⁹ alique confectiones diſpenſantur q̄ non alibi conficiuntur. Ut ergo hic noſter libellus nullibi videatur diminutus: conueniēs atq; idoneū cenſetur plura deſcribere q̄ ſit neceſſarium apotecario conficere. Proponimus autē in hoc noſtro libello omīa ⁊ ſingula antidota deſcribere que a Jo. filio Meſue: ⁊ a Nicolao in ſuis antidotarijs deſcribuntur cum quibuſdā alijs quorundam antidotorum vſualium deſcriptōnibus vt in diſcurſu libri facile videri poterit. Et diuidetur libellus iſte in particulas vigintiquattuor.

¶ Particula prima erit de quibuſdam generalibus notandis circa modum confectōnis antidotoꝝ. In reliquis particulis deſcribentur antidota. Que particule diuidētur ſm numeꝝ vigintitriū litteraꝝ minoris alphabeti: ꝑ quas incipiūt nomina antidotoꝝ in hoc noſtro libello deſcriptorum.

¶ Huius particule prime erunt capitula vndecim.

Capitulum primū de diuerſis modis medicinarum compoſitarum in generali penes quas ars conficiendi diuerſificatur.

Capitulum ſcdm de confectiōibus ſolidis ⁊ electuarijs: tā laxatiuis q̄ nō laxatiuis: ⁊ opiatis. trociſcis ⁊ ſuffuf. ⁊ looch ⁊ cōditis

Capitulum tertium de ſirupis.

Capitulum quartum de pillulis.

Capitulum quintum de emplaſtris ⁊ ceroтis ⁊ vnguentis ⁊ alijs medicinis que exterius applicantur.

Capitulum ſextum de cliſteribus ⁊ ſuppoſitorijs communibus.

Capitulum ſeptimum de triturationibus medicinarum ſimplicium ex quibus predicta componuntur.

Capitulū octauū de decoctionibus ſimplicium q̄ ingrediūtur cōpoſitionē predictoꝝ.

Capitulum nonum de analogis medicinalibus quando per ſe ponuntur pro quibus ſtant ⁊ ſupponunt.

Capitulū decimū de ꝑmutationibus medicinarū ſimpliciū ingredientiū cōpoſitiōem predictoꝝ: vt ſcz ſi vna non habeatur quā aliā debem⁹ accipere. Et capitulū iſtō ſolet alio noīe intitulari capl'm de quid pro quo

¶ Capitulum vltimum de ponderibus et

menſuris quibus debent ponderari ⁊ mẽſurari ſimplicia que ingrediuntur compoſitionem antidotorum.

Capitulum primũ de diuerſis modis medicinarũ cõpoſitarũ in generali penes quas ars conficiendi diuerſificatur.

Medicinarum cõpoſitarũ alie ſunt q̄ dicuntur confectiones ſolide: et alie electuaria: ⁊ alie opiate. Alie appellantur vulgari noĩe condita. Alie vocantur looch. Alie ſunt ſirupi. Alie trociſci. Alie ſuffuf. Alie pillule. Alie ẽplaſtra Alie vnguẽta. Alie colature. Alie cliſteria Alie ſuppoſitoria. q̄ oẽs quomodo ⁊ qualiter conficiuntur tenetur ſcire apotecarius confectionarius. De quibus ſigillatim per ordinem dicamus.

Capitulum ſcðm de confectõnibus ſolidis ⁊ electuarijs tam laxatiuis q̄ non laxatiuis et opiatis. trociſcis. ſuffuf. looch. ⁊ conditis.

Confectio ⁊ electuarium ſic inter ſe differunt. Primo quia cõfectio eſt in plus q̄ electuariũ. Eſt enim nomen cõe ad electuaria que ad formã ſolidiorẽ reducuntur. Unde confectio ꝓprie idẽ eſt q̄ cõpoſitio. Scðo q: electuariũ poteſt fieri cũ melle vel cũ zuccara: vl' cũ vtroq; ſicut ſepe fit. Cõfectio vero cũ ſola zuccara. Tertio q: cõfectio in ſolidiorẽ ſubſtãtiã reducitur ꝑ vlteriorẽ decoctionẽ q̄ electuariũ. licz enĩ dyacitonitẽ ⁊ ſimilia electuaria q̄ cũ melle conficiunt̄ ad ſolidiſſimam formã reducantur per decoctionem vt diutius conſeruentur: tamen ſemper conſiſtunt cũ mollicie quadaz viſcoſa: qð in natura cõfectiõis zuccare nõ conuenit. Quarto q: ad conſtructiõez electuarij: ſpecies q̄ in cõpoſitiõe ipſius ingrediunt̄ duplicãtur in pondere. in confectione vero minuũtur vt delectatio confectõis ſit maior ⁊ diſplicentia minor. Hec omĩa notauit de verbo ad verbum xp̄oforus georgius de honeſtis ſuper antidotario. Meſue. ¶ Iuxta predicta notandũ primo q̄ mel quod ponitur in confectione ſolida aut in electuario debet eſſe conditionatũ duabus cõditionib⁹. Prima eſt q̄ non dz parũ decoqui ne remaneat aquoſum. Scða eſt q̄ nõ dz eſſe nimis coctũ: ſcz vſq; ad duriciẽ ſed mediocriter. Et alij addunt tertiã conditiõem: ſcz q̄ ſit bene deſpumatũ. Signũ aũt decoctõis bone eſt qñ mel digitis adheret: ⁊ qñ poſitũ ſupra lapidem ⁊ frigeſcit incipit inſpiſſari. Aduerte tamen q̄ tam electuaria q̄ confectiones q̄ fiunt in hyeme debent plus decoqui q̄ ille q̄ fiunt in eſtate. Hec oĩa notauit saladinus ad lr̄am in ſuo compendio ad aromatarios. ¶ Notandũ ſcðo q̄ propter hoc qð cõiter ponitur in receptis cõfectionũ ⁊ electuariorũ mellis q̄ ſufficit ⁊ zuccari q̄ ſufficit q̄ antiquitus in confectiõibus ſolidis: aut electuarijs ponebant̄ in qualibet lb. mellis aut zuccare. ℥. iij. aromatum aut puluerũ: lz minor quantitas aromatum ſemper requirat̄ in confectõe q̄ in electuarijs. Sed hodiernis tp̄ibus ſolum. ℥. ij. aromatũ ponunt̄ in electuarijs: ⁊ minus in cõfectionibus. Xp̄oforus georgius vbi ſupra Et hoc fit ꝑpter duas cauſas: quas reddit ſaladinus vbi ſupra. Prima vt ſit guſtui delectabilior. Scða ne ſua horribilitate inducat patientẽ ad nauſeã. Inueniũt̄ tñ alique confectiones in q̄bus ponunt̄. ℥. iij. aromatũ in lb. zuccare: vt in dyaſatirione ⁊ in electuario de gẽmis. Et etiaz in hyeme ſemp plus dz poni de ſpeciebus ⁊ minus de zuccara q̄ in eſtate. Salad. ibidẽ. ¶ Notandũ tertio vt videat̄ debitus modus cõficiendi electuaria ſolida aut cõfectiones in ſolida ſubſtantia ſiue ſint laxatiua ſiue nõ q̄ pulueres eorũ debent cõpleri ⁊ bene teri preter q̄ ille q̄ excipiunt̄ de q̄bus ĩfra ca. de trituratõibus. Et debẽt teri ⁊ miſceri cũ melle deſpumato aut cũ zuccara modicũ cocta Et ſilr̄ conſerue ſi ibi intrẽt. Et ſi ibi ſint gũme q̄ non poſſint puluerizari cũ piſtello calido in mortario malaxent̄ ⁊ incorporẽtur: vel diſſoluant̄ vt decet: ⁊ ĩ mortario fortiter malaxando ſimul cũ alijs incorporentur. ⁊ ſi ibi intrent ſucci deſiccati debẽt puluerizari aut diſſolui: ⁊ ad vltimũ poni ſicut ſunt cãphora. opiũ ⁊ ſimilia. Si vero fruct⁹ intrent debẽt teri ⁊ incorporari cũ cõſeruis melle vel zuccara. Si vero oporteat facere decoctionẽ vel infuſionẽ aliquorũ debent tales infuſiones vel decoctiões iterũ decoqui ⁊ cõſumi cũ zuccara aut cũ melle: q: ꝑ tales decoctões ſecundas virtus medicinarũ tranſit in mel aut zuccaram ⁊ cũ illis cõſeruat̄: vt notauit gentilis ſup prima quarti cap. de cura febriũ putridarũ in generali: vbi loquẽs de ſirupo violato in ſolutõe cuiuſdam argumenti dicit q̄ cũ ſit ſirupus violatus de violis recẽtibus: licet decoctio cõſumat de humiditate violarũ lenitiua nihilominus reſeruat̄ tanta q̄ ſufficit ad lenificationẽ. Et ſubdens ait q̄ in tali decoctione fit tranſumptio ⁊ digeſtio humiditatis lubricatiue in zuccarã ⁊ in aquã: ⁊ q̄ cũ illis cõſeruatur. Si radices ibi intrent oportet q̄ decoquant̄ ⁊ eorũ decoctões incorporentur vt dictũ eſt. Et ſilr̄ dicendũ eſt de ſuccis viridibus ⁊ ſiliter dicendum eſt de opia

tis. Etenim medicina opiata vere dicitur electuarium in quo ingreditur opiū vl' mādragora vel cōſimilis medicina virtute cuius tollitur ſenſus a mēbro ⁊ ſpūs ingroſſantur ⁊ ipſoꝝ tranſitus ad mēbra ꝓhibeẗ. Et ſimiliter etiam de looth cenſendū eſt. Eſt eñ looth electuariū molle qd lambendo tranſglutitur. Trociſcus vero idem ē ꝙ confectio rotunda ſeu confectio facta ad ſimilitudinē lupinarem. Conficiuntur auteʒ trociſci ex diuerſis pulueribus cum aliquo bono liquore vel cum fructibus: aut ſuccis aut aquis aut gūmis diſſolutis ⁊ malaxatis aut cū muſcilaginibus. et debent ſiccari in vmbra: vt poſſint puluериſari cū opus fuerit. Sic eñ diu conſeruantur. Sed ſuffuf idem eſt ꝙ puluis ſubtiliſſimus: redactus ad ſimilitudinē athomoꝝ: qui in radijs ſolaribus apparent: ⁊ maxime in aromaticis ⁊ ſic in forma pulueris preparatur. Puluis tamen ſimpliciter prolatus differt a ſuffuf vel q: non ſic aſſumitur vt ſuffuf: vel quia puluis eſt ſimplex non permixtus ex pluribus rebus. ¶ Condita vero ſeu conſerue ſunt illa que cum melle et zuccara conficiuntur cum leui decoctione ad ignem vel poſitione ad ſolem vt humiditas ſuperflua rei conſeruande aliqualiter exſiccetur. ¶ Hoc enim modo melius conſeruantur. Chriſtoforus georgius vbi ſupra. Uult tamen gentilis expreſſe: prima quarti: capitulo de cura febriū putridarum in generali: ⁊ ſup quinto canoñ. auic. ꝙ condita que fiunt ex floribus ſicut qd de roſis de violis de floribus borraginis: ⁊ bugloſſe ⁊ ſimiliū debent confici per exſiccationem ad ſolem: ⁊ non per decoctionem ad ignē. Et in hoc inuehit contra malos aromatarios: ad qd attendant apotecarij. Et in ℥. ij. floꝝ viridiū debent poni ℥. vj. zuccare vl' mellis ⁊ debent tales flores teri ⁊ incorporari cū melle vel cū zuccara. ⁊ poſtea ī vaſe vitreo poni ad ſolem p triginta dies. ¶ Et ſimili modo fiunt conſerue de herbis. Sed cōſerue de radicibus vel de fructibus ſic fiūt. Debent lauari radices: poſtea buliāt ⁊ cū melle vel zuccara clarificata mittantur: ⁊ pulueres alij ſi qui ibi ſint ponātur in fine: ſcʒ poſtꝗ̄ tota aqua eſt conſumpta.

Capitulum tertiū de ſirupis ⁊ iulep. rob: ⁊ vinis in boteca conſeruandis.

Ulep differt a ſirupis compoſitis. Primo: q: ſirupus longeuius coquitur ꝗ̄ iulep. Julep enim per decoctionem non ſic ad tenacitatem reducitur ſicut ſirupus. Scd̄o q: iulep abſq̧ permixtione alicuius decoctionis componitur: ⁊ non ſic ſirupus: vt exemplo patet de iulep roſato vel violato. Sirupus tamen acetoſus locum mediū tenet inter ſirupum verū ⁊ verū iulep. ¶ Rob vero eſt ſuccus herbarum vel fructuū inſpiſſatus ad ignem vel ſolem quandoq̧ permixtus cum zuccara ⁊ vt plurimū ſine ipſo. Large tamen omīs ſuccus po teſt dici robub. Sed proprie ſuccus fructuūʒ a medicis dicitur robub. Rob abſolute prolatuʒ: idē eſt ꝙ ſapa. Uinū vero a medicis loquendo de vinis q̄ conſeruantur in botecis apotecarioꝝ: ſicut eſt vinū maloꝝ granatoꝝ: proprie eſt ſuccus nō inſpiſſatus fructuū vel floꝝ q̇ conſeruatur tempore neceſſitatis. ¶ Circa modū ꝯfectionis iſtoꝝ debet aliqua notare apotecarius. Primo debet notare clarificatōem ipſoꝝ. Scd̄o debet notare modū colandi ipſos ⁊ diuerſas colatorioꝝ formas. Et tertio debet notare decoctionē aliquoꝝ eorū vt ſiruporum iulep rob ⁊ ſimiliū. Et quarto debet notare modum repoſitiōis aliquorum eorum vt vinorum. Et quinto debʒ notare tempus proprium ad predictas potiones conficiendas. ¶ De primo notandum de intentione nicolai in antidotario ſuo capitulo de ſirupo roſato. ¶ Quando ſirupū roſatum clarificare volumus ⁊ generaliter etiam omnem alium ſirupum vel iulep. accipimus albumen oui ⁊ cū aqua frigida tantum concutimus ꝙ ſpumeſcit: ⁊ illam ſpumam conſpergēdo ī ſirupo buliente proijcimus. Et cum illa ſpuma quaſi nigreſcere inceperit ſuauiter cum caſſia remoueatur ⁊ iterum aliam infunde: ⁊ fac hoc quouſq̧ clarus ſit. Et pariformiter etiam debet fieri de omni quod debet clarificari ſupra ignem vt de rob.

Clarificatio ſiruporum.

¶ De ſecundo: ſcilicʒ de diuerſis formis colatoriorum per que decoctiōes ⁊ potiones debent colari: ⁊ quo modo per quod innuiẗ etiam alius modus clarificandi ipſorum. Notandum ꝙ iſtorū colatoriorum tres debent eſſe forme diuerſe. Primum colatorium debet eſſe minus ꝗ̄ ſecundum: ⁊ pannus ex quo fit debet eſſe rarior. Et ſecundū colatoriū debet eſſe maius primo: ⁊ pannus ex quo fit debet eſſe ſpiſſior. Et tertiū colatoriū dʒ adhuc eſſe maius ſecundo: ⁊ adhuc ex panno ſpiſſiori. Bulcraſis in ſeruitore. ¶ Apotecarij tñ noſtri hodie ꝯtentanẗ vno colatorio. cū vno eñ colatorio ſufficiēter colanẗ ſirupi ꝑ clarificatōe ſi ī decoctiōe eoꝝ clarificentur cū albumīe ouoꝝ vt dictū eſt ſicut cōiter fit. Sʒ de modo clarificādi ⁊ colādi ſirupos ꝑ iſta tria colatoria ſi q̇s vellet ita clarificare ⁊ colare. Notat B. ibidē ꝙ q̇ vult clarificare aliquē ſirupum: oportet ꝙ poſt eius per

Diuerſa colatoria ſiruporum ⁊ modus colandi.

fectam decoctionez qđ coletur in cribrello facto de ſetis. Deinde ſuſpende colatoria oīa vnū intra aliud: ſcȝ paruū intra mediū ꝛ mediū intra maius. deīde ponant̄ in paruo folia citroꝝ vel palmaꝝ cōtuſa bene pulueriſata: aut de ſetis equi bene ablutis et impleat ex eis quaſi medietatē colatorioꝝ ꝛ ſit colatoria diſtantia ab inuicē quātitate triū digitoꝝ: ꝛ ſuſpende colatoria in pariete ꝛ ſuppone eis vas ad recipiendū qđ colabit. deinde infūde intra colatoriū primuȝ qđ eſt ſuperius potionē coctā vel id qđ volueris colare ꝛ dimitte ſic colare p ſe ſine aliquo contactu manus: q: deſcendet de colatorio primo in ſcđm: ꝛ de ſcđo in tertiū. Et ſi opilet̄ aliqđ ex colatorijs a groſſicie decoctionis: ita ꝙ non deſcendat ex aq̄ aliquid: oportet ꝙ effundas qđ eſt in eo et abluas ipm a groſſicie illa: ꝛ poſtea remittę decoctionē in eo ꝛ dimitte donec clarificetur ꝛ fac ita donec deſcendat tota decoctio ꝛ proijce ſubſtantiam eius ꝛ vtere decoctione clarificata. ¶ De tertio: ſcȝ de decoctione ipſoꝝ: attendatur in primis differētia ſuprapoſita in principio capituli inter ſirupū ꝛ iulep: ſcȝ ꝙ ſirupus longeuius debet decoqui ꝙ iulep. Perfectā aūt decoctonē ſirupoꝝ docet nicolaus cognoſcere ī antidotario ca. de ſirupo roſ trib⁹ ſignis. Primū ſignū eſt qñ gutta ſirupi adheret caſſie ſeu vaſi. Scđm ſignū eſt qñ facit quaſi filū ſi cum digito tetigeris. Et tertiū ſignuȝ eſt ꝙ gutta poſita ſupra marmor vel vnguē non diffunditur. ¶ De quarto: ſcȝ de modo repoſitionis aliquoꝝ vinoꝝ ſiue ſuccoꝝ nō inſpiſſatoꝝ. Attendatur modus conſeruationis ipſoꝝ poſitus a Meſue in antidotario diſtinctione quīta ca. infuſionis roſarum ꝛ violaꝝ: vbi loquēs de conſeruatione ipſius dicit ſic. Si conſeruare volueris ponatur in vitro ſtricti orificij ꝛ diſtiletur oleum in orificio eius ꝛ ſtringatur caput ipſi⁹ ꝛ exponatur ſoli diebus quadraginta. Hoc eñ modo oēs infuſiones ꝛ ſucci conſeruantur aut conſeruari poſſunt. ¶ De quīto: ſcȝ de tpe quo debent fieri ſirupi ꝛ alie potiones hic ſupra noīate. Tenendū eſtꝙ debēt fieri tempore quo plante ex q̄bus fiūt ſunt in virtute ꝛ efficacia: de quibus ſupra notatum eſt in libro primo de tempore collectionis plantarum.

De cognoſcenda perfecta decoctione ſiruporum.

De modo repoſitionis ſuccorum et vinorum.

De tempore quo debent fieri ſirupi ꝛ alie potiones.

Capitulum quartum de pillulis.

Pillule debet fieri ex melle deſpumato vel cum aliquo ſirupo: vl' cū aliquo alio liquore glutioſo: ꝛ pulueres q̄ ibi intrant debent eſſe groſſiores ꝙ qui intrant in alijs confectionibus. exceptis pulueribus lapidū ſi ibi intrent. lapides eñ debent ſubtiliſſime pulueriſari. Si autem gumme intrent q̄ non poſſint pulueriſari: debent malaxari cum piſtello calido aut debent diſſolui in aliquo liquore: ꝛ īcorporari cū melle ꝛ pulueribus. Siliter etiā ſi ſucci intrent: debent diſſolui ꝛ īcorporari ſicut gumme. Si ſucci virides intrent: debent poni cū melle deſpumato ꝛ decoq̄ vſq; ad conſumptionē. ꝛ ſimiliter muſcilagines: ſed debent eſſe in parua quātitate ¶ Circa pillulas aliqua debet notare apotecarius. Primo debet notare modum repoſitōis pillulaꝝ. Scđo debet notare modū propinandi pillulas. Et tertio debet notare ī q̄to numero debeat exhibere. ¶ De primo: ſcȝ de modo repoſitionis pillularū attendatur cōis modus ꝛ vbiq; generalis ſcȝ ꝙ ſeruentur in aluta. Aluta eniȝ de ſe non eſt porroſa: ideo virtus ſpecierū que intrant pillulas non ſic de facili reſoluitur eſt etiam tenuis: vnde caliditas aeris melius exſiccat maſſam in aluta contētam quare non ſic diſponuntur putrefactioni ꝛ corruptioni. ¶ De ſcđo: ſcȝ de modo propinādi pillulas aliqua apotecarius debet attendere quantum eſt ex officio ſuo in propinatione non ſolum pillularum: verūetiā oīm laxatiuoꝝ. Attendatur ergo primo regula data ab auic. quarta primi in ca. de his q̄ perquirenda ſunt in alijs locis. Auic. ca. de diſpoſitionibus medicinarū ventrē ſoluentiū vbi ſic dicit. Pillule preterea ad bibendū: id eſt ad trāſgluttiendum dande nō ſunt poſtꝙ deſiccate ſunt ꝛ facte fuerit vt lapides: neq; etiam cū ſunt molles ne penetrent ꝛ retineant̄: ſed ſint ſicut quando inceperint ſiccari: ꝛ a digitis cedant ſi comprimantur. ¶ Scđo attēdēdū eſt ꝙ nunꝙ pillule aut etiam quecunq; alia medicina ī qua intrant diuerſe medicine laxatiue debent propinari quouſq; ſint bene fermentate. Unde Auic. ca. de diſpotionibus medicinarū vētrē ſoluentiū. due preterea medicine qñq; coniunguntur: quarū vna ſuuȝ humorem cito expellit ꝛ altera tarde. vna ergo ſuā operationem efficiet poſtꝙ iā alteram etiam in ſuo humore compreſſit et operabitur in ipſam: ꝛ eius debilitabit virtutez. Cunq; ſcđa poſt operari ceperit erit debilis virtutis mouens ꝛ non perficiens quare erit aliquid admiſcendū qđ ipſam facilem reddat ꝛ feſtinare faciat ſicut zīziber turbith: qm̄ ipm ſtupefieri non permittit. Et ſimiliter fiat ſi eas bene ſcueris admiſcere: ſcȝ contritione ſimul in mortario: et temporis diuturnitate. Temporis eñ diu

Repoſitio pillularum.

Modus propinādi pillulas ꝛ oīs medicinas laxatiuas.

turnitate ſpecierum virtutes cõmiſcentur ⁊ conſurgit ex his vna virtus ſiue forma mixti debite fermentata. Et caplo de regulis cõibus vomitui ⁊ ſolutioni ventris ſic dicit. Preterea ventris ſolutõem facientiũ deterior eſt q̄ ex medicinis eſt compoſita multe diuerſitatis in tpe in quo ſoluendus eſt venter ⁊c̃. Non ergo tunc ſunt ꝓpinande: ſed debet expectari vſq; ad earum debitã fermentatõem. ¶ Attendendũ tertio ꝙ apotecarius accedens ad infirmũ cauſa ꝓpinandi pillulas aut alias quaſcunq; medicinas ſolutiuas ſi medicine tales fuerint ſeceſſiue debet illas propinare facie leta ne horrorẽ inferãt egroto: ⁊ ne de medicina ſeceſſiua fiat vomica: ⁊ vomicas debet ꝓpinare cum horrore. Fit enĩ ſepius de medicina ſeceſſiua vomica ꝓpter horrorẽ quã hʒ patiens de medicina quã ſumpturus eſt. vt Auicẽ. quarta primi ca. de regulis cõibus vomitui ⁊ ſolutioni ventris. ⁊ Meſue libro de conſolatione medicinarum ca. de electione medicinarũ q̄ fit ꝑ cõprehenſionẽ iudiciorum ipſarum ſm poſſe ipſarum. Et ꝓpter hoc Auicẽ. Fen quarta primi ca. de ſermone in purgatione ventris ⁊ regulis eius docẽs conuenientẽ modũ ꝓpinandi pillulas: ⁊ alias q̄ſcunq; medicinas ſolutiuas dicit ꝙ ſi quis ex odore medicine territur cũ medicinã bibit nares cõſtringat. Et q̇ medicinã abhorret debet maſticare parũ ex tarcõ. id eſt piretro: ideo vt ſui oris vel odoris virtus ſtupida fiat. Et ſi vomere timuerit extremitates conſtringat. Et cum ipſam biberit deſuper rem ſtipticam bibat vel comedat aut ſaltem ſuccum tranſglutiat aut mordeat in pomo vel in piro ⁊ ſuccũ trahiciat ſubſtantiã eius groſſam expuendo vel tale q̇d faciat aut ꝓpinet odores ſedantes nauſeam ſicut eſt odor mente. rute. apij. citoniorum. aque roſarum cũ pauco aceto. Et docẽs modũ accipiendi pillulas ſic dicit. Medici preterea pillulas quas ei daturi ſunt quandoq; in melle voluunt. Et quandoq; ſuper eas ꝓijciunt mel coctum aut zuccarum coctum: aut ſupple ſirupum donec ei faciunt tunicã. Et iterũ ſubdens ait. Ex eo quoq; q̇d eſt vtile ingeniũ eſt vt ſup eas ponatur cera cũ pauco oleo mollificata. Et ex eo q̇d eſt magis cõueniẽs ingeniũ eſt vt os aqua aut alia re impleatur. deinde pillule ſicut ſunt bibantur ſuper ipſam: aut q̄ aliquo horum ingeniorum aptate fuerint. ¶ Attende vltra ꝙ medicinas vomicas nunq̄ debet ꝓpinare apotecarius egroto famelico ne efficiantur ſeceſſiue: vt auicẽna ⁊ meſue locis ſupra allegatis. ¶ Attendendũ quarto ꝙ ſumpta medicina debet precipere apotecarius egroto vt quieſcat per tempus: ⁊ ſi medicina fuerit ex fortibus ⁊ violentis: debet ſibi precipere vt dormiat: ⁊ ſi fuerit ex debilibus: melius eſt vt non dormiat: quoniam ſic natura digereret medicinam. Quieſcat ergo patiẽs hoc modo: donec anima eius ſedetur. Et ſi pedes patiẽtis ſint frigidi: precipiat apotecarius vt calefiãt. Cũq; aĩa patientis fuerit ſedata: precipiat ſibi vt ambulet ⁊ moueatur: quoniam motus tũc eſt iuuatiuꝰ: ⁊ bene precipiat ei ne dormiat quãdiu medicina operatur: niſi fuerit voluntas reſtringendi. ⁊ tunc iniungat ſõnum patienti: vt Auicẽna loco ſupradicto de ſermone purgationis ventris ⁊ regulis eius. Et precipiat etiam ſibi ne ad minus per quinq; horas aliquid comedat aut bibat niſi vbi ſtomacus eſſet colericus ⁊ timeret ne deſcendat cito colera ad ipʒ: aut vbi patiens eſſet famelicus ⁊ inanitus a lõgo tempore: ⁊ timeretur de virtute ne ſuccumbat. In his enĩ caſibus vult auicẽna ꝙ anteq̄ medicina operetur ꝙ debet dari parũ panis in pauco vino infuſi: quoniam hoc eſt. ex eo forſitan ꝙ medicinã adiuuat. Hoc tamen non debʒ conſulere apotecarius ex ſe: ſed hoc ad medicum ſpectat. Nec obeſt contrarius vſus in hac ciuitate turoñ. apud vulgum qui ex intentione vt fertur clariſſimi doctoris magiſtri pantaleonis de verſelis hebetur de propinatione pillularũ ſtomaticarum in introitu menſe quas appellant pillulas ante cibum. Modus enim ille licet videatur aliqualiter conformis rationi ⁊ de intentione auicẽne cap. de regulis communibus vomitui ⁊ ſolutioni ventris cuius hec ſunt verba ad literam. Et ſcito ꝙ facere nature conſuetudinẽ lenitatis ⁊ obedientie ei q̇d vis ex ſolutione ventris ⁊ vomitu facili anteq̄ medicina detur aut vomitus eſt ex regiminibus aperientibus vias: ⁊ iuuantibus ſupple naturam ad digerẽdũ humores. Q̇d ſentire viſus eſt ille vir probus. B. de mõtagana in ſuis conſilijs particularibꝰ. cõſilio viceſimoſeptimo ĩ de nutritiuis in cap. de regimine per medicinas vbi in quarto regimine poſtq̄ ſcripſit quoddam electuarium lenitiuũ ſic inquit. de hoc electuario patiens vtatur omni die parum ante cenam. Et ſubdens ait. Et detur ad leniendum ventrem ad hoc vt digeſtiuum id eſt ſirupus digeſtiuus quem preordinauit conuenietius operetur. Et expreſſius hoc ſenſit auicẽna ca. de aloe: vbi ita ſcribit ad litteram. Et quãdo aſſumunt̃ de eo in mane ⁊ in ſero pillule permixte cum rectificãtibus ipſum ſoluunt ventrem: ⁊ non corrũpunt cibum. Caueant tamen apotecarij ne

Modus accipiendi medicinas ſolutiuas.

Modus accipiendi pillulas.

De propinatione pillularum ante cibum.

iſtum modum propinandi pillulas teneant
⁊ propinent. hec em̄ ſententia videtur pro
blematica: nec adhuc ad plenū vſqꝫ in ho
diernū diem decīſa eſt. Ea autē q̄ palā ſunt
⁊ in q̄bus oēs conueniunt tene: q̄ vero in
dubio ſunt: ⁊ in q̄bus diſſentiunt obmitte:
vt Joda in affor. ¶ Et modus alius propi
nandi ipſas: ⁊ etiā quācunqꝫ medicinā ſo-
lutiuā: ſcꝫ longe a cibo vt declaratū eſt: eſt
ſecurior ⁊ magis conſuetus: ⁊ non credo
ꝙ ſi exhibeantur in doſi ſufficienti ꝙ nō ſit
error magnus illas cū cibo exhibere: faciūt
em̄ agitatōem in ſtomaco ⁊ ꝑturbatōeꝫ ma
gnā. Inquit em̄ meſue libro de conſolatio
ne medicinaꝝ ca. ſcd̄o de electione medici
narū q̄ fit ꝑ cōprehenſionē iudicioꝝ earum
ſm̄ poſſe ipſaꝝ attractio humoꝝ ꝑ medici-
nam non eſt niſi ex venis ⁊ occultis ducti
bus corporis donec huiuſmodi humor eua
cuandus ad ſtomacū ⁊ inteſtina repat. ſto-
maci vero ⁊ inteſtinoꝝ natura grauata mo
netur vt eos extra pellat. Idē auic. ca. ſepi
us allegato de regulis cōibus vomitui ⁊ ſo
lutioni ventris. Iſta itaqꝫ attractio humo-
rū preter naturā eſt cauſa debilitatis omni
um virtutū ſtomaci ꝑterꝙ̄ expulſiue: ⁊ ſic
eſt cauſa corruptionis aut indigeſtionis ci
boꝝ in ſtomaco: ⁊ ſic maioris agrauationis
nature quare fortius mouetur ⁊ contra ci-
būꝫ contra humores. Etiam medicina aut
vapor eius alterat cibū: nō ſolū alteratiōe
ſp̄ūali: ſed reali ꝑmutando ip̄m a propria
natura: quare poſtea inducit nature violen
tiam vnde natura conatur ip̄ꝫ non digeſtū
expellere tanꝙ̄ nociuum. ¶ Non ergo ille
modus eſſet regularis ſi darentur pillule ī
doſi ſufficienti ⁊ acciperetur quantitas cibi
talis qualeꝫ ſolent cōiter accipere hoīes ī
prandio aut in cena: hoc excepto poſſent
accipi medicine in doſi debita. Qd̄ expreſſe
ſenſit Auic. in locis preallegatis: ſcꝫ ī ca.
de regulis cōibus vomitui ⁊ ſolutioni ven
tris: vbi ad p̄ncipiū cap̄li ſic inquit. Opor
tet vt illius cibus cuius ſoluendus eſt ven
ter partiat̄: vt qd̄ ei in die ſufficiebat mul-
tis comedat vicibus. Et in ca. de ſermone
purgationis ventris: ⁊ regulis eius ita ſcri
bit. Qui medicinā bibere voluerit calīde ex
iſtens complexionis ⁊ debilis ſtomaci erit
ei melius vt eam bibat poſtꝙ̄ prius bibe-
rit aliquid qd̄ ſit ſicut aqua ordei: aut ſuccꝰ
granati. aut vt vniuerſaliter dicam cū ſto-
macus receperit nutriens ſubtile ⁊ leue.
ſed q̄ ita nō fuerit erit ei melius vt eaꝫ ieiu
nus bibat. ¶ Ab hac ergo propinatiōe pil
lularum immediate ante vel poſt cibū caue
at apotecarius niſi ſit de precepto expreſſo
periti medici qui ex cauſa ſic propiet tales

medicinas: ſicut refert ille hugo ſenenſ ſu
per quarta p̄mi auic. cuius hec ſunt verba
ego autē puto ꝙ non ſit ita regulare dare
medicinas ſolutiuas cū cibo: ⁊ ideo nō do
niſi ex cauſa. ¶ Hec autem oīa maxime ve
ritatē habent de medicinis laxatiuis ꝑ ſe-
ceſſum: q: de medicinis vomicis ſecus eſt:
debent em̄ tales propinari ſupra cibū etiā
ſtomaco repleto cibis ⁊ potibus diuerſis.
Ex hac enim diſpoſitōe accidit ſtomaco vt
expellere deſideret qd̄ in eo eſt ſuperius:
vt auic. loco ſupradicto: de regulis cōibus
vomitui ⁊ ſolutioni ventris ¶ Attendēdū
vltimo propter cōem errorem apotecario
rum noſtroꝝ ꝙ non ſemꝑ eſt conueniens
poſt vſuꝫ pillularū aut alterius cuiuſqꝫ me
dicine ſolutiue accipere lauatiuū vt cōiter
precipiunt apotecarij noſtri patientibus ꝙ
per horas duas vel tres etiam anteꝙ̄ me-
dicina inceperit operari. precipiunt enim
accipere de brodio pulli: aut de pureta piſo
rum: aut de aqua ordei cum zuccara ⁊ male
quia ſic impediunt operationē medicine. ꝓ
pter aquoſitatem illam multam per quam
diffunditur medicina. Virtus enim diffu-
ſa remiſſior eſt. aggregata vero fit pluris:
vt Meſue ca. de electione medicinarum q̄
fit per compreſſionē iudicioꝝ earū ſm̄ eſſe
proprium. Scd̄o quia remittitur calor na
turalis propter aduentū huiuſmodi abſter
ſiui quare non ita bene deducitur medicina
de potentia ad actum. Et tertio quia ꝑ eiꝰ
abſterſionem remouetur medicina a loco
ſuo: vnde non ſic deducitur per caloreꝫ no
ſtrum de potentia ſua ad actum. ¶ Veruꝫ
eſt tamen ꝙ interdum contingit ꝙ poſt ſū
ptionem ⁊ operationem debitam medici-
ne violente remanet odor medicine q̄ ſem
per eſt cauſa ſolutiōis maioris ꝙ̄diu rema
net in tali caſu vbi ſuperflueret operatio
precipit Auicēna vt detur aqua ordei que
lauat ſtomacum ⁊ abſtergit: ſed hoc facere
non ſpectat ad apotecarium abſqꝫ conſilio
medici. Et iſte eſt modus conueniens pro
pinandi pillulas ⁊ etiam quācunqꝫ medici
nam ſolutiuam quantum eſt ex officio ſuo.
¶ De tertio: ſcilicet in quoto numero debe
ant exhiberi pillule. dic ꝙ non eſt vis: niſi
propter imaginationem dūmodo ſit pon-
dus ⁊ doſis conueniens. Contingit enī in-
terdum propter falſum habitum de mini-
ſtrando pillulas in īpari numero ꝙ ita vul-
gi adheret fantaſia in numero inpari ꝙ niſi
ſi propinentur aut non operabuntur aut in
debite operabuntur propter fortem imagi
nationem que cooperatur.

Error communis apotecariorum.

Capitulum quintum de em-

plaſtris ⁊ cerotis ⁊ vnguentis ⁊ alijs me-
dicinis exterius applicandis.

Iverſi ſunt modi medicinarum q̄
exterius applicantur: quarū cogni
tio facilis per hos verſus haberi
poteſt. ¶ Tunc embrocamus cū membra
liquore rigamus. Tunc cathaplaſma facis
cum ſuccū ponis ⁊ herbas. Dicitur epithi-
ma de ſuccis vnctio pura. Membraqȝ ſac-
cellas ſacco pleno medicinis. Si puluis ia
citur proprie ſinapiſma vocatur. Si fumū
recipis eſt ſuffumigatio dicta. Dicitur em-
plaſtrum queuis confectio dura. Cum ſpō-
gijs madidis fit fomentatio ſola. Vnguē-
tum faciūt oleum cera cum ſpeciebus. Sū
ma cara ramus: ſed infima ſcarificamus.
¶ Quia tamen in hoc noſtro libello tantū
de quattuor intendimus receptas deſcribe
re: videlicet de vnguentis. cerotis. empla-
ſtris. ⁊ oleis: ideo ſolum modum compoſi-
tionis ipſorum dicamus. ¶ Attende ergo
primo ꝙ tam vnguentum ꝙ̄ emplaſtrum
appellantur cerota: ſi in eis ponatur cera.
Cum autem in cerotis ſcribitur cere qđ ſuf
ficit pro duabus. ℥. olei debet poni. ℥. ſ. cere
Sed ſi dicatur cere parum: tunc intelligas
ꝙ debet eſſe vnguentū molle: ita ꝙ oleum
debet ceram ſuperare. multa enim cera fa

Modus conficiē-
di cerota.

cit duritiem in vnguentis. Salad. ¶ Attē
de ſecundo ꝙ cerota que deſcribit meſue:
debent incorporari cum infuſionibus: ſcili
cet cum gummis liquefactis ⁊ diſſolutis a-
quis ſuccis muſcilaginibus ⁊ pulueribus q̄
ibi intrant ⁊ debet eſſe confectio media in
duricie ⁊ mollicie inter emplaſtrum ⁊ vn-

Modus conficiē-
di emplaſtra.

guentū. ¶ Emplaſtra pluribus modis poſ
ſunt fieri. quedam enim ſunt in quibus in
trant mineralia qualia litargirū ⁊ ceruſa: ⁊
tunc debent prius liquores qui ibi intrant
ſicut eſt acetum ſucci vel aque ſimul nutri-
ri ſine igne in caſſia ſiue i mortario: cū ſpa-
tula: vel cum piſtello cum oleo. Si tamē in
trarent alie pinguedines: tunc debent icor
porari ſemper cum piſtello calido: vel ī cal
dario ſupra ignem lentum ſemper cū ſpa
tula agitando ne adhereant mineralia pre-
dicta vſquequo totū fit bene ſpiſſum. ⁊ ſi
ibi intrant gumme: tunc liquefiende lique
fiant: ⁊ diſſoluende diſſoluantur: ⁊ pulueri
ſande pulueriſentur: vt in capitulis pate-
bit ſequentibus. ⁊ debent ſemper poni in
fine decoctionis: ſemper cum ſpatula agi-
tando. Attende tamen ꝙ ſemper decoctō
debet eſſe vſqȝ ad conſumptionem aceti.
vini. aque. ſuccorum: vel ſimilium liquorū
⁊ ſimiliter ſi ponuntur herbe flores vel ra
dices: debent poni in fine decoctiōis: ⁊ pri
cipaliter flos croci debet incorporari cum
manibus malaxando magdaleones. Et a-
lia mineralia debent poni in fine: ſicut eſt
es vſtum. vſifur. flos eris. magnes. bolus
armen⁹. terra ſigillata. ſulphur. auripigmē
tum: ⁊ ſimilia. Succi autem ſpiſſi ⁊ deſicca
ti diſſoluantur in aliquo liquore: ⁊ ponātur
ad vltimum quādo incipit infrigidari. Suc
ci virides ī emplaſtro de ianua debent tem
perari cum oleo. ⁊ poſtea pone oleum cum
gummis liquefactis: ⁊ pone ſuper ignem.
⁊ ſi ſumantur herbe virides que intrant in
emplaſtris: ſicut in emplaſtro gratia dei de
bent temperari cum vino: ⁊ debet poni vi
num ſuper ignem ſimiliter cum gummis li
quefactis vſqȝ ad conſumptionē eius. Em
plaſtra inſuper poſſunt malaxari cum pul-
ueribus ⁊ liquoribus: vt cū oleo ſicut apo-
ſtolocum. ceroneum. oxizocroceum diuinū
contra rupturam ⁊ dyaquilon. ⁊ alia mala-
xantur cum ſuccis: ſicut emplaſtrum de ia-
nua. et alia cum lacte ſicut emplaſtrum gra
tia dei. ¶ Attende ꝙ ſanguis humanus et
viſcus quercinus: que intrant in emplaſtro
contra rupturam debēt incorporari in mor
tario cum piſtello calido. ⁊ debet decoqui
viſcus quercinus in decoctione pellis arie
tis ſicut remouetur ab ariete: id eſt recenti
abſqȝ hoc qđ preparetur cum calce ⁊ depi-
letur. ¶ Illa vero que fiunt cum muſcila-
ginibus: pinguedinibus: decoctionibus: in-
fuſionibus: vel aliq̄bus liquoribus ſicut ſūt
fructus ſicci: ⁊ ſimilia debent teri decoqui
⁊ incorporari cum predictis miſcendo pul
ueres ſub lento igne vel in mortario vſq̄-
quo ſit tractabilis. Si gumme ibi intrant
malaxentur diſſoluantur aut pulueriſentur
⁊ incorporentur cum piſtello in mortario

Modus conficiē-
di vnguenta.

calefacto. ¶ Vnguenta poſſunt fieri pluri
bus modis. Nam aliqua ſunt in quibus in
trant ſucci herbarum: ⁊ tunc debent conſu
mi per decoctionem cum liquoribus pin-
guedinibus vel gummis liq̄factis vel oleo
Et alia ſunt que fiūt ex herbis ſiccis ⁊ tūc
debēt temperari herbe cū vino vel cū alijs
liquoribus: ⁊ tunc debent conſumi per de-
coctionem. Et alia ſunt in quibus intrant
lapides ſicut in vnguento citrino. ⁊ tūc de
bēt ſubtiliſſime pulueriſari ⁊ bene incor-
porari in mortario. Alia ſunt in quibus in
trant alia mineralia ſicut litargirum: ceru-
ſa: argentum viuum: bolus armenus: ſul-
phur: ⁊ ſimilia. ⁊ tunc ſi ibi cera acetū vel
ſucci herbarum viridium intrent oportet
nutriri cum maiori parte olei ⁊ minori par
te aque vel ſucci modo de vno modo de a-
lio: ſemper cum ſpatula agitando. ⁊ poteſt
fieri ſi bene nutriantur lb. j. vnguenti cum
℥. j. pulueris predictorum mineralium. Et

ſi petat cera miſce cum oleo ⁊ illis liquefa
ctis incorporentur ſimul cum piſtello cali-
do: tamen ſi argentum viuum intret: opor-
tet extigui cum ſaliua vel aceto vel ſulphu
re: ⁊ caue ne appropinques argentū viuū
ad ignem: q: in fumū euaporabit. ¶ Alia
ſunt que fiunt cum oleis ⁊ gummis lique-
factis: ⁊ tunc debent ſimul liqfieri ad ignē
ſemper cum ſpatula agitando. ⁊ ſi in rece-
ptis petatur puluis gummarum ſpecierū
herbarum vel ſeminū puluериſentur ⁊ īcor
porentur. Si gumme non poſſunt pulueri
ſari malaxentur ⁊ incorporētur cum piſtel
lo calido. Si non poſſunt malaxari diſſoluā
tur vel diſtemperentur: ⁊ per decoctionem
conſumantur: colentur: ⁊ incorporentur.

Modus conficiē-
di olea.

¶ Olea que fiunt ex ſeminibus ⁊ fructib9
fiunt per compreſſionē: ſed illa que fiunt
ex floribus fiunt in vaſe vitreo per decocti
onem ad ignem lentum: aut per appoſitio
nem in ſole: ⁊ tunc debent fieri in eſtate.
Sed illa q̄ fiūt ex cōpoſitōe ſuccor viridiū
debent fieri ꝑ decoctōē ignis vſq3 ad cōſū
ptōē ſuccor. Sed illa q̄ fiunt ex ſuccis ſic
cis debent diſſolui ſucci: ⁊ coqui cū oleo vſ-
q3 ad conſumptionem vini. ſed illa que fi-
unt ex aſſatione ſicut oleum frumenti: ⁊ ni
gelle debent fieri ſub lamina ferrea calefa
cta ab igne. ſed olea que fiunt ex animali-
bus ſicut oleum de ſerpentibus: formicis:
ſcorpionibus oleum vulpinum. debent ex
tingui ⁊ mori in oleo. ſed olea que fiunt ꝑ
diſtilationem ſicut de mirabolanis: de gum
mis: de cinamomo: de tartaro: de lateribus
debent poni in alembico bene ſigillato ſu
per lentum ignē a principio: ⁊ ſemper de
bet vigorari ignis: ⁊ caue ne tangas oleū
quia periculum eſt. Oleum petroleum ve-
nit naturaliter de petra.

Capitulum ſextum de colatu ra cliſteri ⁊ ſuppoſitorijs cōibus.

Penes apotecarios habentur due
decoctiones communes: ſcilic3 de
coctō colature cōis cū qua genera
liter oēs medicine laxatiue lenitiue ⁊ com
preſſiue diſſoluūtur: ⁊ decoctio communis
cliſteris. Habetur etiam forma communis
faciendi ſuppoſitoria. ⁊ hee tres deſcriptō
nes ſunt vbiq3 note penes apotecarios.
Colatura communis a diuerſis diuerſimo-
de deſcribitur Bordonius ca. de cephalea

Colatura commu
nis ſm B. de gor
donio

deſcribit cum tribus floribus cordialibus:
ſcilicet violarum borraginis ⁊ bugloſſe in
aqua lactis caprini. ⁊ hec eſt conueniens in
febriētib9 ⁊ ī eſtate. Jo. de torna mira ī cla
rificatorio in pluribus locis ſic deſcribit co-
laturam communē. ℞. prunorum damaſce
norum vuarum paſſarum mundatarum ab
granis caricarum pinguium iniubarum ⁊ ſe-
beſten an̄. ℔. ſemis. Xpoforus vero georgi
us ſupra meſue deſcribens colaturā com-
munem famoſam ⁊ notam penes apoteca
rios deſcribit duas. vnā ſcilicet magis con-
uenientem in eſtate ⁊ in febribus: que ta-
lis eſt. ℞. paſſularum liquiricie iniubarum
ordei prunorum ſine nucleis ſeminū com-
munium frigidorum mundatorum an̄. par
tes equales aque ſimplicis quod ſufficit.

Colatura commu
nis ſm xpoforum
georgium.

Colatura commu
nis in febrib9 ſm
xpoforū georgiū.

¶ Aliam colaturam deſcribit idem xpofo-
rus georgius vbi ſupra quam dicit eſſe vſu
alem magis: quia tamen magis attinet ca-
liditati: ideo conſilium eius eſt vt ſemper
in febribus precedens accipiatur. Eius au
tē deſcriptio eſt talis. ℞. aniſi feniculi paſ-
ſularum liquiricie: iniubarum ſine nucleis
capillorum veneris prunorum ordei mun-
dati. ſebeſten quando reperiūtur boni an̄.
partes equales. ¶ Et attende ſicut notat
Jo. de torna mira in libello ſuo de neutra-
litate decidentie ꝙ ſemper colatura debet
eſſe liquida ⁊ non ſpiſſa. ¶ In decoctione
vero communi cliſteris tantum debent po
ni remollitiua: ſcilicet matres violarum mal
ua ⁊ biſmalua ⁊ branca vrſina que deb3 po
ni recēs. S3 circa cliſtere hic debet atten
dere apotecarius formam propinādi cliſte-
ria. ¶ De forma autem ⁊ modo propinan-
di cliſteria ſcribit raſ nono continentis in
ſecundo caplo ꝙ debet iacere patiens ſu-
pra dorſum declinādo caput inferi9: ⁊ ſub-
leuando pedes ſuperius ita ꝙ ſubleuentur
lumbi: ⁊ cliſteriſator deb3 eſſe propinquus
ei incindendo vngues manus eius: ⁊ ſunt
inungenda capita digitorū manus ſiniſtre
cum oleo: etiam inungendus eſt anus cū
oleo abundanter: deinde impone digitum
ano pluries: vt amplietur locus. deinde po
ne inſtrumentum cliſteris. nō tamen ītel-
ligit raſ per hec verba ꝙ debeant agitari
cum cliſteribus ⁊ commoueri eleuando cru
ra ſuperius vt fieri ſolet. licet ita debeat di
ſponi vt dictum eſt quoniam aliquotiens ꝑ
talem commotionem aſcendit cliſtere vſq3
ad ſtomacum: vnde aliquando ſequitur ſin
copis: vt de facto vidit Jo. ma. de gradi. ſi-
cut ipſe refert in caplo de colica. ¶ Iſtum
tamen modum diſponendi patientem ad
cliſteriſandum modificauit Auicenna ī ſer
mone de qualitate cliſteriorum maxime in
colica: vbi dicit ſic. Amplius oportet ꝙ tu
conſideres ſi dolor eſt declinans ad partē
dorſi: cliſteriſa ergo reſupino ſupple exiſtē
te. ⁊ hoc eſt melius ei cuius dolor eſt cū cō
munitate renum. Et ſubdit. Et ſi eſt decli
nis ad anteriora cliſteriſa eo iacente ſupra

Colatura commu
nis vſualis ad om
ne propoſitum ſ3
xpoforū georgiū

Cliſtere cōmune.

Modus exhiben
di cliſteria.

ventrem. Et ſubdit q̄ hoc modo diſponē-
do patientem melius perueniit cliſtere ad reuolutiones inteſtinorum. Et iſte eſt communis modus diſponendi patientes ad cliſteriſandum ⁊ magis vſitatus hodiernis temporibus. ¶ Et in pueris habentibus ſtrictum orificiū ani debet imponi digitus in ano vt dictum eſt: vt dilatetur ⁊ preparetur via ad inſtrumentum cliſteris. Et ſemper ſumpto cliſteri debet iacere patiēs ſupra latus dolens. Et habeatur regula de intentione auicenne vbi ſupra q̄ cum intromittitur cliſtere poſita cannula q̄ debet intromitti cum vna bona expreſſione ⁊ continua que non ſit cum labore et violentia. Nam multotiens per violentiam compreſſionis impellitur cliſtere vſq̄ ad lōginquū preter q̄ ſit neceſſarium. vnde interdum vſq̄ ad ſtomacum: ⁊ ſequitur ſincopis. Habeatur etiam pro regula de intentione eiuſdem Auicenne vbi ſupra q̄ cum impellitur cliſtere ⁊ inclinat ad egrediendum: ita q̄ difficulter immittitur propter ventoſitatem repellentem: non ꝓhibeas ab hoc ſupple violenter: immo aperias burſam vt exeat ventoſitas ⁊ reitera intromiſſionem eiꝰ poſt exitum ventoſitatis.

Quantitas cliſteriorum.

¶ Attende vltra de mente eiuſdem Auicenne ibidem q̄ ex nimia quantitate enematis: id eſt cliſteris multiplicatur nocumentum et timetur ne aſcendat ex nimia eius quantitate ad ſtomacum: ⁊ ſequantur accidentia ſupranotata. ideo attende de intentiōe ſaladini ī ſuo compendio ad aromatarios q̄ quantitas decoctionis que communiter ponitur in cliſteri eſt. ℥. xviij. ⁊ quantitas oleorum communiter eſt. ℥. iiij. ⁊ quantitas ſalis eſt. ℥. ſ. quod tamen debet intelligi ſicut ipſe dicit ſm magis ⁊ minus: per reſpectum ad etatem: ⁊ ad complexiōem: quia in viris ⁊ mulieribus prouectis ⁊ fortis complexionis ⁊ virtutis hec quantitas eſt quantitas conueniens. ſed in pueris ⁊ delicatis ac debilibus debet minui quantitas: ſimiliter in dolore extenſiuo a ventoſitate: quia in his caſibus medietas ſufficit. In infantibus vero ſufficit quantitas trium quartꝗ. ⁊ in his ſit diſcretus apotecarius: quia ſola diſcretio facit apotecarium vt auerroys ſecundo colliget. ¶ De forma ſuppoſitoriorum cōmunium notetur quod ſcribit auicenna de ſuppoſitorijs fortibus educentibus fecem ⁊ fleuma viſcoſum vbi dicit ſic. Et oportet vt ſit longitudo eius ſeptem digitorum ſcilicet in tranſuerſo. Et hoc nota ꝓpter communem errorem apotecariorum: quia non fiunt communiter niſi ad longitudinē trium vel quattuor digitorum ⁊ maleꝛ ini-

Communis error apotecariorū circa ſuppoſitoria.

mo debent fieri vt dixi vt virtus ſuppoſitorij attingat ad partes ſurſum magis ſtimulando non tamen pertranſeundo inteſtinū rectum. Et ſuppoſitorium tunc magis valet q̄ cliſtere quando dolor eſt in fundo verſus anum: ⁊ de hoc dicit haly abas. Et nonnunq̄ cliſteri opus non eſt: ſed licinij cum paſſio ⁊ dolor circa pectinis eſt partes ⁊ ꝓpe inteſtinum rectum. Componuntur autem ſuppoſitoria communia ex melle ⁊ ſale communi trito ſimul coctis ad conuenientem glutinoſitatem mellis.

Capitulum ſeptimum de triturationibus medicinarum ſimplicium q̄bus predicta componuntur.

Inquit Meſue. Trituratio autem omnis qualiſcunq̄ ſit oportet q̄ fiat cum facilitate ⁊ commenſuretur ſubſtantijs terendorum. Laborioſa vero diſſoluit virtutem. Sunt ergo medicinarum quedam in quibus nō oportet vt multa elaboretur trituratione. ⁊ ſunt in quibꝰ neceſſaria eſt multa trituratio. ⁊ ſunt in q̄bus mediocris. Et fit trituratio tribus de cauſis: vt notat idem Meſue. ¶ Prima ē: vt miſcibilium in vnum melior fiat ſigillatio. ¶ Secunda vt medicinis aliqua proprietas acquiratur: vt cinno per multā triturationem acquiritur ei vt ſit prouocatiuū vrine q̄uis ex natura ſua eſſet ſolutiuum. ſic enim fit magis penetrans vnde repit ad vias ad quas non poterat prius: ⁊ euacuat per illa ⁊ multa alia acuta vt haſce: id ē thimus: vt Meſue ca. de thimo ⁊ ſimiliter azarum. ¶ Tertia eſt vt in eis aliqua malicia reprimatur: vt coloquintida ⁊ proprie interius eius debet vltime pulueriſari: neq̄ debet eſſe apotecarius in ſufficientia triturationis eius: vt Meſue auctoritate ſerapionis. ¶ Iſte autem ſunt medicine q̄ multum patiuntur de trituratione.

Ariſtologia A

Azarum vbi queritur per eum prouocatio vrine.

Colloquintida C

Centaurea

Ciminum

¶ Vbi queritur vt per euꝫ prouocetur vrina

Gumme alique quia non omnes poſſunt pulueriſari: ſed alique debent diſſolui. Et quedam non poſſunt pulueriſari neq̄ diſſolui neq̄ liquefieri. G

¶ Gumme que poſſunt pulueriſari ſunt iſte.

Gumme que poſſunt pulueriſari.

Thus

Mirra

Maſtix

Sarcocola
Storax rubea
Storax calamita
Bdellium
Olibanum
Euforbium
❡ Maſtix per ſe tamen debet pulueriſari: quia nunquam cum alijs ſpeciebus pulueriſaretur. Actor pendetarum.
❡ Gumme que debent diſſolui ſunt iſte.
Lapdanum quod debet diſſolui cum oleo.

Gumme que debent diſſolui.

Dragagantum
Gummi arabicum
Gummi prunorum
Gummi ceraſorum
Et his ſimilia que debent diſſolui in aquis ⁊ poſtea poni in medicinis.
❡ Gumme que non poſſunt diſſolui: liquefieri: neque pulueriſari ſunt iſte.
Serapinum
Oppoponacum
Galbanum
Amoniacum
❡ Iſte debent temperari in vino vel aceto: ⁊ debent coqui vſque ad conſumptionem vini ſiue aceti ⁊ colari ⁊ poni in fine decoctionis extra ignem ſemper cum ſpatula agitando.

Gumme que nõ poſſunt pulueriſari neque diſſolui neque liquefieri: ſed debent decoqui ⁊ colari.

Lapis armenus
Lapis lazuli: ⁊ magis ꝙ lapis armenus.
❡ Mirabolani ſpecies: vbi queritur per eos reſtrictio ⁊ opilatio. Unde meſue. Eorum contritorum competit exhibitio quando queritur vt poſt illam in viſceribus veſtigia contractõnis remaneant.
Omnia mineralia
❡ Reubarbarum vbi queritur virtus conſtipatiua. Unde Meſue. Ipſius contriti competit exhibitio quãdo queritur: vt poſt illam in viſceribus veſtigia contractionis remaneant.
❡ Scamonea quando ponitur in pillulis aut in medicinis quas volumus vt diutius remaneant in ſtomaco. quia quando ponitur in alijs medicinis debet magis pulueriſari vt notat ſaladinus. Auicenna tamen vult oppoſitum capitulo de indicijs extrinſecis medicinarum cum dicit. Et ex medicinis ſunt quedam quarũ virtus propter contritionem deſtruit ſicut ſcamonea quare oportet vt vltima facilitate conteratur ne ex contritione caliditas eam conſequatur corrumpens eius virtutem. Et ſubdit plurime preterea gummarum ſunt huiuſmodi ⁊ ipſarum quidem reſolutio in humiditate cõuenientior eſt ꝙ contritio. Et hec ſententia eſt verior.

❡ Thimus vbi queritur vt per eum prouocetur vrina: vt notatum eſt.
❡ Medicine que mediocriter patiunt de trituratione ſunt iſte.
Agaricus A
Ciminum. ſi non per eum queratur prouocatio vrine. C
Turbith T
Thimus. ſi non per eum intendatur prouocari vrina.
Yſopus Y
Yreos
❡ Iſte ſupra notate ſunt magis ſpeciales ⁊ de quibus a doctoribus ſpecialis facta eſt mentio. vt tamen de trituratione medicinarum generalis habeatur noticia attende ꝙ omnes medicine que multum patiuntur de decoctione etiam multum patiũtur de trituratione. ⁊ que modicum: modicum. ⁊ que mediocriter: mediocriter. de quibus in ſequenti capitulo.

Capitulum octauum de decoctionibus ſimplicium que ingrediuntur cõpoſitiones predictorum.

[I]nquit Meſue. Tua intereſt decoquere commenſurando calorẽ ⁊ proportionando illum ſubſtantijs rerum ⁊ virtutibus debilibus ⁊ fortibus. Oportet enim vt gradatio fiat in decoctiõe earum plus vel minus ſecundum ꝙ oportet. Decoctio enim impetuoſa vel inflammatiua reſoluit virtutem medicine.
❡ Iſte autem ſunt medicine particulariter que multum patiuntur de decoctione.
Ariſtologia A
Ben B
Cucumer aſininus C
Hermodatili H
Mirabolani omnes quando ab eis queritur conſtipationis impreſſio. Meſue ca. de mirabolanis. M
Polipodium P
Reubarbarum quando ab eo queritur conſtipationis impreſſio. Meſue cap. de reubarbaro. R
Radices omnes
❡ Sed iſte ſunt medicine que parum patiuntur de decoctione.
Capillus veneris
Epithimum
Elephangine omnes pulueriſate vt alcool
Flores omnes dempta camomilla
Mirabolani omnes quando magis intendimus ad laxandum. vt Meſue ca. de mirabolanis.
Manna

Roſe vbi queritur apertio: ſolutio: ⁊ abſterſio. Meſue ca. de roſis.
Reubarbarum quo ad virtutem eius ſolutiuam abſterſiuam ⁊ apertiuam. Unde meſue capitulo de reubarbaro. Et eius quidē quod purum eſt infuſio competit quādo ſolum queritur abſterſio ⁊ ſolutio ⁊ opilationum apertio.
S Sticados
Semina quattuor frigida.
T Tamarindi
V Viole. quando ab eis queritur virtus labificatiua. quia ſi queratur ab eis virtus ſolutiua diſſoluendo ſecus eſt: quia illa eſt centralis: vt Meſue ca. de viola.

¶ Iſte ſunt medicine que mediocriter tollerant de decoctione.

A Abſinchium
Azarum
Agaricus
F Fumus terre
M Mezereon
S Sene
Squilla
Semina omnia preter ſemīa quattuor frigida maiora.
T Thimus
Turbith
Y Yreos
Yſopus

¶ Habe generaliter pro regula φ omnes medicine quarum virtus difficile reſoluitur aut que ſunt fortis contexture vt que ſunt groſſe ſubſtantie. aut que virtutem habent poſitam in centro forti indigent decoctione. Meſue. Huius generis ſunt om̄s medicine minerales. Huius etiam generis ſunt omnes medicine ſtiptice, aut pontice que fundantur in ſubſtantia groſſa ⁊ terreſtri. Quod verum eſt quantum ad ſtipticitatem aut terreſtreitatem. quia ſunt alique medicine que in ſe participant ſtipticitate quadam: ⁊ cum hoc habent amaritudinem ſuperficietenus: vt ſunt roſe: abſinchium: reubarbarum: mirabolani: ⁊ ſic de alijs. ⁊ i talibus hec regula pateretur inſtātiam. Similiter etiam omnia que in ſe acumen habent decocta ſunt mitiora. decoctio enim frangit virtutem earum niſi forſitan ſit virtus poſita in ſuperficie aut debilis vbi totaliter reſoluitur Meſue. Similiter ⁊ omnes medicine que longiori tempore perdurant in virtute magis patiuntur de decoctione. Similiter ⁊ omnes medicine compoſite in quibus volumus vt in eis fiat fortis mixtio virtutum debemus eas magis decoquere: niſi ex modo ſue ſubſtantie decoctioni repugnēt. Meſue. Similiter etiam omnes medicine que multum patiuntur de trituratione etiam multum patiuntur de decoctione. Et oppoſitis modis medicine ille omnes parum patiuntur de trituratione quarum virtus facile reſoluitur: aut que ſunt debilis contexture: aut que virtutem habent in ſuperficie. Huius etiā generis ſunt omnes medicine acute: propter ſubtilitatem ſue ſubſtantie: vt ſunt ſpecies elephangine omnes ⁊ ſpecialiter puluerſate. Similiter etiam omnes medicine acetoſe. Medicine etiam omnes habētes humiditatem ſuperfluam lubricatiuam Unde Meſue. Uerum neq̧ per decoctionem fit iuuamentum in his que ſoluunt lubificando et faciendo lubricum de quo ſit valde curandum.

Capitulum nonum de analogis medicinalibus quando per ſe ponūtur pro quibus ſtant ⁊ ſupponunt.

a Nalogum eſt terminus communis qui ex modo ſue impoſitiōis eſt aptus ſupponere pro pluribus. de vno tamen per prius: ⁊ de alio per poſterius: vt ariſtoteles in predicamentis ſicut verbigratia. caſſia dicitur de caſſialignea ⁊ de caſſiafiſtula. per prius tamen de caſſialignea: ⁊ per poſterius de caſſiafiſtula Et coralus dicitur de coralo rubeo ⁊ de coralo albo. per prius tamen de rubeo: ⁊ per poſterius de albo. Analogum enim per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato: ſicut quādo per ſe ponitur coralus de rubeo tanq̄ de famoſiori ſuo ſignificato intelligitur. vt ergo in iſtis non decipiatur apotecarius: hic conſequenter ſunt inferenda analoga medicinalia ⁊ eorum famoſiora ſignificata ſm ordinem minoris alphabeti: vt conſueuimus facere ī precedentib᷑ caplīs.

A
Ariſtologia
Agnus caſtus — Aniſum
Ameos — Apium
Armel — Aloes
Alumen — Aſſa
Arnogloſſa — Attramentum
Auripigmentum — Alium
Acetoſa — Acetum

¶ Ariſtologia quando ſimpliciter ponitur in vnguentis mundificatiuis ⁊ abſterſiuis de longa intelligitur. ſed in alijs operationibus ſemper intelligitur de rotunda. vnde Auicenna ſcd̄o cañ. cap. de ariſtologia. Et longa eſt dignior in naſcentijs ⁊ vlceribus: quoniam eſt magis abſterſiua ⁊ calidior: ſed in reliquis operationibus rotunda:

quoniam fortioris eſt apertionis ⁊ ſubtiliationis. Hec Auiceñ. ad litteram.

¶ Agnus caſtus quando ſimpliciter ponitur de floribus intelligitur. Actor pendetarum. Flos enim agni caſti dicitur ſimpliciter agnus caſtus. Platearius.

¶ Aniſum Ameos Apium Armel prout eſt ſpecies rute quando ſimpliciter ponuntur: de ſemine debet intelligi. Actor pen.

¶ Aloes quãdo ſimpliciter ponitur de ſuccotrino intelligitur. Unde Meſue. Melius ex ſpeciebus aloes eſt ſuccotrinum. licꝫ ſm alexandrum intelligatur de epatico.

¶ Alumen quando ſimpliciter ponitur de alumine ſciſſo ſiue de alumine de pluma intelligitur. Actor pendetarum.

¶ Aſſa quando ſimpliciter ponitur de aſſa fetida intelligitur: que per excellentiam fetida dicitur: quia odorifera dicitur odorifera id eſt parum fetida. Actor pendetarum.

¶ Arnogloſſa quando ſimpliciter ponitur de maiori ĩtelligitur. vnde S. L. ag. ca. Liſen. Maior eſt maioris virtutis ꝙ minor.

¶ Attramentum quando ſimpliciter ponitur de nigro intelligitur ab atro colore dictum. Actor pendetarum.

¶ Auripigmentum quãdo ſimpliciter ponitur de citrino intelligitur. Citrinum eñ competit vſui medicine. Actor pendetar.

¶ Alium quãdo ſimpliciter ponitur de ſiluestri intelligitur. Platearius.

¶ Acetoſa quando ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur. Unde dya. ca. de acetoſa. Acetoſa eſt duplex: maior ⁊ minor. maior eſt oxilapacium. minor habꝫ folia minuta cum ſtipite paruo ſeminibus pleno. Cõueniunt in virtutibus: ſed maior efficacius operatur. Hec ille.

¶ Acetum quando ſimpliciter ponitur de aceto vini intelligitur.

B

Bdellium	Balſamus
Borrago	Baucia
Ben	Bacca

¶ Bdellium quando ſimpliciter ponitur: ⁊ eſt intentio ad reſtringendum ⁊ infrigidandum: debet poni bdellium de mecha. Sed quando volumus aperire aut mollificare aut reſoluere debemus ponere bdellium iudaicum. Actor pendetarum. ¶ Attende tamen ꝙ quia difficile eſt cognoſcere bdellium vtrum ſit de mecha vel de iudeã: nõ in caſu dubio vbi eſſet intentio aperiendi: mollificandi: aut reſoluendi debꝫ ſẽper poni bdellium molle: ſed vbi eſſet intentio reſtringendi ⁊ infrigidandi debꝫ poni bdellium ſiccum ⁊ antiquum. Unde Auicenna ca. proprio de bdellio. Et cum antiquatur bdellium iudaicum egreditur a leniſicatione ad exiccationem.

¶ Balſamus cum ſimpliciter ponitur de oppobalſamo ſiue de oleo balſami intelligitur. Unde Auicẽna ca. de balſamo. Et eius quidem oleum eſt melius ſemine ipſius et ſemẽ fortꝰ ligno ipſius ĩ oĩbus modis eiꝰ.

¶ Borrago cũ ſimpliciter ponitur de herba intelligitur ⁊ precipue de folijs: ⁊ precipue dum viridia ſunt quia talia ſunt maioris efficacie. exiccata vero minoris. ⁊ flores competũt vſui medicine ſcd̃ario. Pla.

¶ Baucia quando ſimpliciter ponitur: de ſiluestri intelligiť qꝛ domeſtica q̃ paſtinaca dr̃ magis eſt cõueniẽs eſui ꝙ medicĩe. Pl.

¶ Ben quando ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur. Unde Meſue. Maius ẽ incolumius paruo. paruũ vero eſt malignũ

¶ Bacca quando ſimpliciter ponitur: de bacca edere intelligitur. Jañ. C

Cardamomum	Caparus
Caſſia	Calamentum
Centaurea	Celidonia
Coriandrum	Ciminum
Cartamus	Carui
Citonium	Catapucia
Coſtus	Cypreſſus
Cinamomũ	Coralus

¶ Cardamomum quando ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur. Platearius. Cardamomum vero minus proprie dicitur heyl. S. L. ag. ca. Carola ⁊ heyl.

¶ Caparus quando ſimpliciter ponitur de cortice radicis intelligitur. Platearius.

¶ Caſſia cũ ſimpliciter ponitur de caſſia lignea intelligitur: quia caſſiafiſtula nũꝙ ponitur ſine determinatione. Platearius.

¶ Calamentum cum ſimpliciter ponitur de montano intelligitur. Unde Platearꝰ Calamentum montanum melius eſt.

¶ Cẽtaurea cũ ſimpliciter poniť de maiori ĩtelligiť ſm plateariũ. Dicit eñ platearius ꝙ dicitur cẽtaurea maior q̃ maiorẽ: ⁊ minor q̃ minorẽ hꝫ efficaciã. Cuius tñ dictu cõtrariũ ſentit meſ. Dicit eñ ꝙ minor melior ẽ in oĩ re. Sꝫ vt tollať eoꝝ cõtrouerſia attẽde ꝙ quantũ ad virtutẽ laxatiuã minor eſt melior ĩ oĩ re ĩ qua opꝫ: ⁊ ĩ q̃ indigeť ſolutõe fleumatis ⁊ colere. fuit eñ pñcipalior ĩtẽtio meſ ĩ libro ſuo ptractare de ſimplicibꝰ ſub rõe laxãdi. Jntẽtio vero platearij ẽ deteriare ď ſimplicibꝰ nõ ſub rõe laxãdi: ſꝫ etiã p cõſideratõeꝫ ad alias ꝓprietates pticulares q̃s habẽt. Qñtũ ergo ad virtutẽ ſolutiuã qñ ſimpliciter poniť cẽtaurea de minori ĩtelligiť: ſed qñ ſimpliciter poniť ſub intentiõe aliaꝝ ꝓprietatũ de maiori ſemp

intelligitur.
¶ Celidonia quando ſimpliciter ponitur
de maiori intelligitur. Platearius. Hec ta
men apud nos non inuenitur: aut raro: ſed
reperitur quedam communis que eſt mi-
noris efficacie: vna tamen pro alia vtimur
vt dicit idem Platearius auctoritate con-
ſtantini.
¶ Coriandrum: ciminum: cartamus: carui:
quando ſimpliciter ponuntur: de ſemini-
bus debet intelligi: ⁊ de cartamo domeſti-
co. Actor pendetarum.
¶ Citonium quando ſimpliciter ponitur ī
medicinis de maioribus intelligitur. Un-
de Galienus in libro de cibis. Citonia ma
iora vocantur ſaturnia ⁊ ſunt maioris iu-
uamenti ꝙ̄ alia. Apotecarij tamen noſtri
hodiernis diebus intelligunt de minoribꝰ
propter acredinem nimiam maiorum. vn-
de maiora non ſic reddūtur guſtui delecta-
bilia. ¶ Mos enim medicorum ⁊ apote-
cariorum potius eſt regere egros cum his
que ſibi delectationem inducunt ꝙ̄ cum ri
gore artis vt ſupra declaratum eſt circa mo
dum componendi: vbi declaratum eſt ꝙ an
tiquitus in confectionibus ⁊ electuarijs in
ℨ. iij. aromatum ſufficiebat lb. j. zuccare. ho
die vero propter complacentiam maiorem
in tantum. ℨ. ij. aromatum ponitur lb. zuc-
care.
¶ Catapucia quando ſimpliciter ponitur
de minori intelligitur: ⁊ de ſemine eius.
Catapucia enim maior eſt palma chriſti:
ſed catapucia minor eſt de genere lactici-
niorum. Unde S. L. ag. ca. cathua. aucto-
ritate Galieñ. Catapucie minoris virtus
eſt ſimilis virtuti omnium ſpecierum lacti
ciniorum: et non differt ab eis niſi in vno
quod eſt quia in ſemine eius eſt dulcedo: ⁊
hoc ſemen eſt illud quod habet virtutem
laxandi. Hec ille. Et Galieñ ſeptimo ſim
plicium farmacorum cap. cicei. Cicei' fru-
ctus: id eſt catapucie fructꝰ que purgat ab-
ſterſiuam ⁊ dyaforeticam habet virtutem:
ita autem ⁊ flos: ſed omnino debiliorem.
Et de radice eius dicit dya. cap. Cicei. Et ſi
militer S. loco ſupradicto ꝙ radix eius ē
tenuis: ⁊ omnino inutilis.
¶ Coſtus quādo ſimpliciter ponitur de a-
maro intelligitur. Actor pendetarum.
¶ Cypreſſus quando ſimpliciter ponitur
in medicinis reſtrictiuis tu debes ponere
nuces eius: ſed in medicinis prouocatiuis
vrine tu debes ponere lignum aut folia.
Unde Platearius. Poma folia ⁊ lignum
vſui medicine competunt: ſed poma ſtipti
ca ſunt ⁊ conſolidatiua: lignum vero ⁊ fo-
lia diuretica.
¶ Cinamomum quando ſimpliciter poni-
tur in medicinis vomicis debet poni cina-
momum groſſum. In alijs vero debet po
ni cinamomum ſubtile. Platearius.
¶ Coralus quando ſimpliciter ponitur de
rubeo intelligitur: ⁊ elige groſſum non p-
foratum. Actor pendetarum.
Daucus D
¶ Daucus quando ſimpliciter ponitur de-
bet intelligi paſtinaca ſilueſtris: id eſt dau-
cus aſininus. S. capitulo de briaca. ⁊ Ga-
lienus libro de edulis circa finem: licet caſ
ſius felix cap. de empicis dicat ꝙ quando
per ſe ponitur debeat intelligi ſemen pa-
ſtinace ortenſis.
Epatica E
Eruca
Eleborus
¶ Epatica quando ſimpliciter ponitur de
aquatica intelligitur. Unde Platearius.
Eſt herba creſcens in aquoſis locis. nullā
faciens mentōnem de terreſtri ſicut nec a-
lij actores.
¶ Eruca quando ſimpliciter ponitur de ſil
ueſtri intelligitur. Unde actor pendetarū.
Domeſtica minoris eſt efficacie ꝙ̄ ſilueſtris.
¶ Eleborus quando ſimpliciter ponitur
de nigro intelligitur. Unde Meſue. Ni-
ger incolumior eſt albo. Oppoſitum innuit
Ga. quinta affo. comento primo. dum in-
quit conſuetudo fuit antiquorum cum di-
cerent eleborum abſolute intelligere albū
Feniculus F
¶ Ex feniculo radix: ſemen: ⁊ folia compe
tunt vſui medicine: ſed quando ſimpliciter
ponitur feniculus: de ſemine intelligitur.
excepto in colirijs vbi debꝫ poni ſuccus ra
dicis aut foliorum. Platearius.
Gallia G
Galla
Gluten
Gummus
Gummus dragagantus
Gummus arabicus
Granatum
Gith
¶ Gallia cum ſimpliciter ponitur de mu-
ſcata intelligitur.
¶ Galla cum ſimpliciter ponitur de non
perforata intelligitur. Unde S. L. ag. au-
ctoritate dya. Ex ea eſt que recipitur ex ar
bore ſua recens immatura parua rotunda
nodoſa non perforata ⁊ grauis. Et eſt alia
que eſt leuis ⁊ perforata: ſed prima medici
nis eſt conuenientior. Hec ille
¶ Gluten quando ſimpliciter ponitur, ma

ſtix intelligitur: quoniaꝫ excedit omnia glutina in bonitate. Actor pendetarum.

¶ Gummus quando ſimpliciter ponitur de arabico intelligitur. Actor pendetarum

¶ Gummus dragagantus quando ſimpliciter ponitur in medicinis calidis debet poni ſubruſum aut citrinum: ſed in medicinis frigidis debet poni album ⁊ clarum. Actor pendetarum.

¶ Gummus arabicus quando ſimpliciter ponitur in medicinis calidis debꝫ poni gūmus arabicus rufus aut citrinus. ſed in medicinis frigidis debet poni gummus arabicus albus ⁊ clarus. Platearius. Ideꝫ actor pendetarum.

¶ Granatum quando ſimpliciter ponitur in medicinis de acetoſis intelligitur. Dicit enim Platearius ꝙ granata dulcia magis competunt eſui ꝙ̄ medicinis: ſed acetoſa magis competunt medicine ꝙ̄ eſui.

¶ Gith quando ſimpliciter ponitur de ſemine intelligitur.

I Juſquiamus
Jeſſeminum

¶ Juſquiamus quando ſimpliciter ponitur de albo intelligitur. Rubeus enim ⁊ niger ſunt pernicioſi ⁊ maxime niger: ⁊ nun ꝙ̄ debēt poni in medicinis. S. L. ag. caplo Berig. Et in medicinis ore ſumendis ſemen debet poni. Sed in medicinis extrinſecus applicandis vt in vnguentis ⁊ emplaſtris ſemper debet intelligi herba. Pla. Idem actor pendetarum.

¶ Jeſſeminum ſeu ſambacus quando ſimpliciter ponitur de floribus intelligitur: et de albo. Unde S. L. ag. cap. Jeſſeminum citrinum eſt minus in operatione ꝙ̄ album

L Leuiſticus
Laurus
Lupinus
Lactuca
Lapacium
Laureola
Litargirum

¶ Leuiſticus cuꝫ ſimpliciter ponitur de ſemine intelligitur. Platearius.

¶ Laurus cum ſimpliciter ponitur de folijs eius intelligitur. Unde Platearius. Ex lauro folia et fructus competunt vſui medicine: ſed folia maiorem habent efficaciam.

¶ Lupinus quando ſimpliciter ponitur de amaro intelligitur. ille enim precipue eſt qui competit vſui medicine. Platearius.

¶ Lactuca quando ſimpliciter ponitur in medicinis ſemen eius debet intelligi. Unde Platearius. Herba eius conueniens eſt eſui: ſemen vero eius medicine magis.

¶ Lapacium quando ſimpliciter ponitur: de acuto intelligitur. Unde Platearius. Lapacium acutum eſt efficacius lapacio rotundo licet ſit magis efficax ꝙ̄ lapaciuꝫ domeſticum. Lapacium enim domeſticum eſt magis conueniens vſui ciborum ꝙ̄ medicine.

¶ Laureola quando ſimpliciter ponitur in medicina: ſemen eius debet poni. Platearius.

¶ Litargirum quando ſimpliciter ponitur de litargiro auri intelligitur. Dicit eniꝫ S. L. ag. cap. Merchet. ꝙ aureum eſt melius alijs.

Margarita M
Mel

¶ Margarite quando ſimpliciter ponuntur de non perforatis intelligitur. ſunt tamen alique margarite obſcure ad citrinitatem tendentes perforate que non perforatis equipollent: nec de illis debet intelligi Actor pendetarum.

¶ Mel quādo ſimpliciter ponitur de melle apum intelligitur.

Naſturcium N
Nucleus
Nux
Nigella

¶ Naſturcium quando ſimpliciter ponitur de ſemine eius intelligitur. Folia enim ꝓpter humiditatem aquoſam que eſt in eis habent virtutem debiliorem. S. L. ag. ca. Joſralbethefe.

¶ Nucleus quando ſimpliciter ponitur: dicunt quidam ꝙ de nucleo pini intelligitur Et alij dicunt ꝙ de nucleo oliue. Actor pēdetarum. Sed Auicēna in ſcdo cañ. de nucleo datili intellexit.

¶ Nucis multe ſunt ſpecies. ſed quando ſimpliciter ponitur de nuce vſuali intelligitur. Actor pendetarum.

¶ Nigella quando ſimpliciter ponitur: de ſemine intelligitur.

Ozimum O
Oleum
Opium

¶ Ozimuꝫ quando ſimpliciter ponitur de gariofilato intelligitur. Ozimum enim gariofilatum eſt illud quod ab auctoribus laudatur. Actor pendetarum. Attende tamē ꝙ quando ponitur in medicinis ore ſumendis ſine determinatione aliqua: vtpote in electuarijs ⁊ ſimilibus debet poni ſemen. Sed in medicinis exterius applicandis vt in vnguentis ⁊ ſimilibus debent poni folia Idem actor pendetarum.

¶ Oleum quando ſimpliciter ponitur: de oleo oliuarum intelligitur. Jañ.

Opium qñ ſimpliciter ponitur de opio tebaico intelligitur. Gali. ſeptimo ſimpliciũ farmacoꝛum. c. Micon chirantes.

P

Papauer
Piper
Polium
Policaria
Piganum
Pꝛemula veris
Pix
Petroſelinum
Pionia
Polipodium
Pſillium

Papauer quando ſimpliciter ponitur de albo intelligitur. Unde Auicẽna ſcdo can. ca. de papauere. Papaueris multe ſũt ſpecies ⁊c̃. Et ſequitur ĩ littera. Et ſanius eſt album: quoniam cum ſuo ſtupoꝛe eſt etiaʒ domeſticum ⁊ conſuetum.

Piper quando ſimpliciter ponitur de pipere albo intelligitur. Auicẽna quĩto can. in deſcriptione dyacini ex intentione ga. Et ga. octauo ſimplicium farmacoꝛum hoc idem videtur ſentire: cuius hec ſunt verba ad litterã ſm tranſlationem arabicam. Sapoꝛ piperis eſt acutus ⁊ illud qd̃ nõ eſt maturũ eſt piper album: ⁊ ipm eſt acutius nigro ⁊ magis pungens linguaʒ. Et hoc eſt q2 nigrũ ꝑpterea ꝙ maturaẽ accidit ꝙ nõ recipiat aduſtionẽ ⁊ deſiccatõem foꝛtem: q2 minuitur acuitas illa q̃ quidẽ remanet ĩ albo. Ut tamẽ tollatur controuerſia q̃ eſt ĩter S. ex vna parte: ⁊ Gal. ⁊ auicẽ. ex alia parte q̃ in hac materia non parũ diſcrepare videntur. Uoluit em̃ S. L. ag. ca. Falſel ꝙ piper nigrũ acutius eſt alboꝛ: ⁊ ꝙ album ſit debilius eo. Attende ꝙ ſicut ex verbis dyaſcoꝛidis facile trahi poteſt. pip album eſt duplicis generis. Eſt enim piper albũ qd̃ fit quando grana minuta que fuerunt in pipere longo incipiunt ingroſſari ⁊ vnũ ab altero incipit ſeparari: ſed non factus eſt botrus vel racemus. Eſt ⁊ aliud pi p albũ qd̃ fit cũ illa grana q̃ ſunt in p̃dicto pipere albo ſm debitam quantitatẽ fuerĩt augmentata: ⁊ intra ſe totaliter ſeparata: ſicut q̃ ſunt poſita in quodam botro vel racemo: ⁊ ſunt pꝛopĩqua maturitati. Pꝛimũ piper album quoniam ſapit adhuc naturã piperis longi: q2 ei vicinatur participat adhuc de eius vicinitate. ideo non eſt multũ acutũ. Piper vero albũ aliud de quo dictuʒ eſt qd̃ eſt in medio inter maturitatẽ ⁊ pꝛĩcipium generationis eſt ſatis acutuʒ: quia enim elongatur ⁊ remouetur a pipere longo non participat humiditatem eius: ⁊ eſt acutius ſeipſo cum venit ad maturitatem pꝛopter quam amittit de eius acuitate: ſicut videmus in fructibus acetoſis que in medio tempoꝛe ſunt acetoſioꝛes: ⁊ ſimiliter in ſeminibus: vt in feniculo ⁊ in ſemine ſinapis que in medio ſunt acutioꝛa ꝙ̃ ĩ complemento ſue maturitatis. ⁊ ad hanc intentionem loquebatur Auicẽna loco ſupꝛadicto: vbi ſubdit. Et hoc eſt illud qd̃ nõ eſt paruum neqꝫ contractum: ⁊ neqꝫ eſt coꝛtex eius groſſus: immo eſt ex illo quod dicitur grauis ponderis: ⁊ eligatur de eo magnum ⁊ ſanum. Hec ille.

Policaria cuꝫ ſimpliciter ponitur de media intelligitur. Hec enim plus eſt medicinalis. Platearius.

Piganum cum ſimpliciter ponitur folia rute agreſtis debent poni: ſed quando ponitur ſemen pigani: ſemen dꝫ poni. Plate.

Pꝛemula veris quando ſimpliciter ponitur herba paraliſ debet poni: licet ſit alia ſpecies eius que dicitur lauendula. pꝛima em̃ ſpecies: ſcꝫ herba paraliſ eſt verioꝛ pꝛemula veris. Actoꝛ pendetarum.

Pix quando ſimpliciter ponitur in vnguentis maturatiuis ⁊ mundificatiuis debet poni pix liquida: ſed in vnguentis cicatriſatiuis ⁊ deſiccatiuis debꝫ poni pix ſicca. Unde Galienus ſeptimo ſimpliciũ farmacoꝛum cap. xix. ſm tranſlationem grecam empetigiens expurgat et digerit duros ⁊ indigeſtos humoꝛes omnes quando ponitur in cathaplaſmatibus. Foꝛtioꝛ vero ad hec omnia talia eſt que liquida. dura vero pix ad hec quidem peioꝛ eſt: ad conſolidationem vero vulneris magis ydonea Hec ille.

Petroſelini due ſunt ſpecies: ſcilicet petroſelinum domeſticum: ⁊ agreſtre: quod dicitur ſumurion: quoꝛum ſemina pꝛecipue competunt in medicina: ideo quando ſimpliciter ponitur petroſelinum de ſemine domeſtici intelligitur: ſed quando ponitur ſumurion de ſemine agreſtis intelligitur. Platearius.

Pionia quando ſimpliciter ponitur herba ſimul cum radice debet poni. Plateari9

Polipodium cum ſimpliciter ponitur de quercino intelligitur. Unde Meſue caplo de polipodio. Melius ex eo eſt arboꝛeum ⁊ pꝛopꝛie quando naſcitur ſupꝛa arboꝛem ferentem glandes.

Pſillium quando ſimpliciter ponitur de ſemine ĩtelligitur. Unde platearius. Pſillium herba eſt cuius ſemen ſic vocatur.

Q

Quattuoꝛ remolitiua
Quattuoꝛ ſemina frigida maioꝛa
Quattuoꝛ ſemina frigida minoꝛa
Quattuoꝛ ſemina calida maioꝛa

Quattuoꝛ ſemina calida minoꝛa
Quinq̄ radices diuretice

Quattuoꝛ remolitiua ſunt violaria: malua: biſmalua: branca vrſina.

Cum ſimpliciter ponuntur quattuoꝛ ſemina frigida maioꝛa debēt intelligi. Quattuoꝛ ſemina frigida maioꝛa ſunt ſemē melonum: citruli: cucumeris: ⁊ cucurbite.

Et q̄ttuoꝛ ſemina frigida minoꝛa ſūt ſemen poꝛtulace: lactuce: endiuie: ⁊ ſcariole.

Et quattuoꝛ ſemina calida maioꝛa ſunt ſemen cimini: carui: aniſi: ⁊ feniculi.

Et quattuoꝛ ſemina calida minoꝛa ſunt ſemen dauci: apij: ameos: amomi.

R Quinq̄ radices diuretice ſūt radix apij petroſelini: bruſci: ſperagi: ⁊ graminis.

Ruta
Roſa
Rafanum
Radix
Reſina
Ros marinus

Ex ruta ſemen ⁊ folia competunt vſui medicine: ſed quando ſimpliciter ponit̄ ruta folia eius debent poni. Platearius.

Roſa qn̄ ſimpliciter ponit̄: de rubea debet intelligi. Unde meſue ca. de roſa. Melioꝛ eſt rubea vere rubedinis. Et ſubdens ait ꝙ virtus faciens ruboꝛē plus impreſſit q̄ꝙ amaritudinē faciens: propter qd̄ in abſciſione amaritudinis ipſius que remouet̄ per ſolam exſiccationem eius non reſoluitur ſpecies. in abſciſione vero rubedinis: nō plus eſt roſa q̄ꝙ homo moꝛtuus ē homo.

Siliter etiā qn̄ ſimpliciter ponit̄ roſa ī medicinis laxatiuis de roſa recenti vel de ſucco eius debet intelligi. vel de ſirupo vel de conſerua eius: q̄ non preterierunt annū ⁊ nō de roſis ſiccis. ſ꜒ i medicinis reſtrictiuis de ſiccis debet intelligi. Un̄ meſue vbi ſupra. Amaritudo autē q̄ eſt in ea q̄ eſt recēs eſt plus ſtipticitate ipſius. ⁊ pꝛima operatio eius eſt ꝓpter amaritudinē ſuā ꝓpter qd̄ roſa recens ⁊ ꝓpꝛie ſuccus eius ſoluit. Cū aūt reſoluitur caliditas dans ei amaritudinē ꝓpter exſiccatōem eius manifeſtat̄ ſubſtantia ſtiptica conſtipatōem faciēs. In ſirupo aūt ⁊ in ꝯſerua amaritudo roſe ⁊ eius humiditas ſolutiua in ſubſtātia zuccare vel mellis cōſeruatur vt expꝛeſſe voluit gentilis ca. de cura febꝛiū putridarū in generali.

Radix cū ſimpliciter ponit̄ de rafano domeſtico intelligitur. Sed cū ſimpliciter ponitur rafanus de ſilueſtri intelligitur.

Reſina cum ſimpliciter ponitur de omni gummo intelligitur: quaſi reſina a reſudo reſudas. Sed quando ponitur cum determinatione dicitur gummi illius plante ad quam fit determinatio: vt reſina pꝛtina: id eſt reſina pini. Similiter cum ponitur reſina ſimpliciter de raſa intelligitur: id eſt de molli non frixa nec pulueriſabili. Pꝛo quo attende ꝙ ex pino maſculo que dicitur coni colligitur ſpecies reſine que dicitur colofonia: ⁊ hec fit de ſicca adeo vt poſſit teri. Sed ex abiete fit alia reſina in liquida ſubſtantia que dicitur kitran: ⁊ fit ī liquida ſubſtantia: ſed frigitur in patella et exſiccatur vt declaratum eſt in libꝛo pꝛimo. donec ⁊ quouſq̄ poſſit teri. Et hec pꝛopꝛie vocatur reſina erudita ⁊ carpinata. Si autem non frigitur nec exſiccetur: ſed remaneat mollis ⁊ liquida: hec pꝛopꝛie vocatur reſina. Quādo ergo ſimpliciter ponitur reſina pini raſa debet intelligi: id eſt non carpinata vel frixa. Actoꝛ pen.

Ros marinus quando ſimpliciter ponitur aut libanotides: debent poni folia. ſed quando ponitur anthos: debent poni floꝛes. Platearius. S

Sticados
Saluia
Saluia
Stoꝛax
Sandalus
Sizeleos
Spica
Sulphur
Sal
Sizimbꝛium
Sumac
Staphiſagria Sizimbꝛium

Sticade quando ſimpliciter ponitur de arabis intelligitur ⁊ de floꝛe. Unde meſue. Melius eſt arabicum: ⁊ melioꝛ pars plante eius eſt flos: poſt hanc folia.

Saluia quando ſimpliciter ponitur de ſaluia hominis ieiuni intelligitur: quia ſaliua hominis repleti cibo eſt debilis virtutis. hominis vero famelici eſt foꝛtis: ⁊ pꝛopꝛie cuius complexio eſt calida. Paulus capitulo pꝛopꝛio.

Saluia cum ſimpliciter ponitur de maioꝛi intelligitur: minoꝛ vero eſt ſpecies eius paroij.

Stoꝛax quando ſimpliciter ponitur de ſtoꝛace calamita intelligitur. Unde calamita pꝛopꝛie interpꝛetatur bona gutta: a kalos quod eſt bonum: ⁊ mite quod ē gutta. inde calamita: id eſt bona gutta. Actoꝛ pendetarum.

Sandalus quando ſimpliciter ponitur de citrino intelligitur. Unde S. Lag. ca. Sandal. Melius ex ſandalis eſt citrinus pingue: poſt citrinū rubeū: ⁊ eſt magis ſiccū citrino. ⁊ poſt ipſum album.

¶Sizeleos cũ ſimpliciter ponit̃ de ſemine intelligitur:illud em̃ eſt qḋ ex eo eſt in vſu medicinali. S.L.ag.ca. Sizeleos.
¶Spica cũ ſimpliciter ponitur cõis vſus apotecarioꝝ tenet ꝙ dꝫ poni ſpica nardi.
¶Sulphur quando ſimpliciter ponitur de extincto intelligitur licet viuũ ſit maioꝛis efficacie. Unde platearius. Uiuum maioris eſt efficacie:ſed minus datur.
¶Sal cũ ſimplicit̃ ponit̃ de cõi ĩtelligit̃.
¶Symac qñ ſimpliciter ponit̃ de coꝛtice grani eius intelligitur. Uñ S.L.ag.ca.ſumac.auctoꝛitate Dya. Juuamentũ eius eſt in coꝛtice granoꝝ.ꝛ ga. Melius qḋ eſt in tota arboꝛe eſt coꝛtex grani eius.
¶Staphiſagria qñ ſimpliciter ponitur de ſemine eius intelligit̃. Semẽ em̃ eius eſt id ex ea qḋ vſui medicine competit. Plat.
¶Sizimbꝛij due ſunt ſpẽs.vna q̇dẽ ſpẽs eius eſt centonica:ꝛ eſt ſizimbꝛiũ qḋ vocat̃ menta aquatica ſiue balſamita.ꝛ iſtud dicitur ſizimbꝛiũ ſilueſtre. Qñ aũt ſizĩbꝛiũ ſimpliciter ponit̃ de domeſtico intelligit̃. Pla. Uñ pau.c.de ſizĩbꝛio. Domeſticũ eſt nobis in vſu.

T Tres floꝛes coꝛdiales
¶Tres floꝛes coꝛdiales qñ ſimpliciter ponuntur debent intelligi flos violarum boꝛraginis ꝛ bugloſſe.

V Uiola Uiſcus
¶Uiola cũ ſimpliciter ponit̃ de purpurea intelligit̃. De hac em̃ ſolũ locutꝰ eſt S.L. ag.ca. Feneſtig.qm̃ vſus eius magis conuenit medicinis:ĩmo alie ſpecies violarũ ſunt ſpecies keyri. Act.pen.

Capitulum decimum de permutationibus medicinarum.

Enetur ſcire apotecarius ꝑmutationes medicinaꝝ ſiue quid ꝓ quo vt vna ſibi deficiente aliam accipiat ſimilis virtutis. Jſte autẽ ſunt q̄ ſolent adinuicem permutari ſm̃ oꝛdinem litterarum minoꝛis alphabeti.

A Acaſſia
Azarum
Antimonium
Armoniacum
Anacardus
Acoꝛus
Ariſtolegia
Aſſa fetida
Alcanna Aloes
Abſinchium Aniſum

¶Pꝛo acaſſia ponitur ſuccus pꝛunelloꝛuꝫ agreſtium immaturatoꝝ. Auic.ſc̓do cañ.c. de acaſſia. Et dicit conſtan.ꝙ loco eius ponitur ypoquiſtidos.
¶Pꝛo azaro ponit̃ põdus ipſius ꝛ mediũ de acoꝛo ꝛ ſexta ponderis eius amomi.
¶Pꝛo ãtimonio ponit̃ ſtãnũ aduſtũ. Auic.
¶Pꝛo amoniaco ponitur ſoꝛdicies alueris apum. Auicenna.
¶Pꝛo anacardo ponitur quarta ponderis ipſius de balſamo. Jo.de ſancto amando ĩ areolis ſuis. Jḋ etiã auic. Ponit vltra Auicẽna loco eius quintuplũ eius ponderis de bondaca:id eſt auelana. Ponit vltra tertiaꝫ ponderis de napta alba.
¶Pꝛo acoꝛo in depellẽdis ventoſitatibus ꝛ iuuamento qḋ facit epati ꝛ ſpleni ponitur equale pondus de cimino cũ tertio ponderis de ariſtologia. Auicenna
¶Pꝛo ariſtologia rotunda ponitur põdus equale de zurũbet:ꝛ tertia põderis de mace:ꝛ medietas ſui de coſto.ꝛ pꝛo longa ponitur pondus equale de zizumber:ꝛ medietas ſui de pipere albo. Auicenna.
¶Pꝛo aſſa fetida ponit̃ equale põdus eiꝰ de odoꝛifera:ꝛ põdus ꝛ ſ.de ferapino.
¶Pꝛo alcãna ponit̃ in aboꝛſu ꝛ iuuamento qḋ facit in venenis equale pondus ipſius de ariſtologia longa ꝛ mentaſtro. Joh. de ſancto amando in areolis ſuis.
¶Pꝛo aloes ponit̃ duplum ipſius de litio.
¶Pꝛo abſinchio ponit̃ poliũ aut ſceba armeniũ:id eſt ſticade citrinũ:ꝛ in confoꝛtãdo ſtomaco ex azaro quantũ ipm̃ eſt cum medio pondere mirabolanoꝝ. Auicenna.
¶Pꝛo aniſo ponit̃ carui q̄tũ ipm̃ eſt. aui.

Beben Bedereg B
Bedegar Balauſtia

¶Pꝛo beben ponitur quãtũ ipm̃ eſt de rubea ꝛ medietas ſui de coꝛtice caſſielignee ꝛ decima põderis eius de mace. Auicẽna.
¶Pꝛo bedereg ponitur ſemẽ naſturcij. vñ ga.vj.ſim.far.ca. Eriſmon. Seminis huiꝰ herbe ſapoꝛ ſapoꝛi ſeminis naſturcij ꝛ virtus eius eſt ſimilis virtuti illius:niſi quia ẽ calida inflammatiua. Hec ille.
¶Pꝛo ballauſtia ponitur coꝛtex glandis et caput granati. Auicenna.
¶Pꝛo bedegar ĩ febꝛibꝰ ponit̃ fumꝰ terre

Camomilla C
Caſtoꝛeum
Cinamomum
Crocus Cypꝛeſſus
Coꝛdumeni
Coſtus
Caſſiafiſtula
Chimolea
Condiſus
Cardamomum maius

¶De camomilla dicit Dya. ꝙ ſi floꝛem eius non habueris:folia ꝛ radix eius virtutem complent.nam due partes folioꝝ ſm

plent virtutē flor: ideo pro ipſa debēt poni: ⁊ aui. dicit ꝙ in confortatione cerebri ꝑ ipſo ponitur berengeſif.
¶ Pro caſtoreo ponitur quātū ipm eſt de acoro: ⁊ quāto medietas ipſi⁹ de pipe. aui.
¶ Pro cinamomo ponitur cortex caſſieligne e aut duplum ipſius de cubebe.
¶ Pro croco ponit̃ ſimile pondus ipſi⁹ de coſto: ⁊ quarta pōderis eius de ſpica: ⁊ pōdus ipſius de corticibus caſſielignee. Auic.
¶ Pro cypreſſo ponitur medietas ponderis eius de cortice granati: ⁊ pondus ipſi⁹ de ſarcocola rubea. Auicenna.
¶ Pro cordumeni ponit̃ harmel aut ſquinantum. Auicenna.
¶ Pro coſto ponitur medietas ponderis eius de piretro. Auicenna.
¶ Pro caſſiafiſtula ponit̃ pōdus ipſius de teremabī. ⁊ triplū ponderis eius de carne paſſe: ⁊ octaua ponderis ipſius de turbith: ⁊ q̄nq; loco paſſe ponitur liquiricia.
¶ Pro chimolea ponitur illud qđ inuenit̃ ſub rota acuendi gladios quod ex ferro et lapide conficitur. S. L. ag. cap. de tumore pedum pregnantium.
¶ Pro condiſi in ſternutationibus vtimur eleboro albo. Act. pen. ⁊ in vomitu loco ipſius vtimur nuce vomica in eodem pondere cū tertio ſui ponderis de pipere.
¶ Pro cardamomo maiori vtimur cardamomo minori ⁊ econtra S. L. ag. c. cacola ⁊ heyl: vbi dicit ꝙ virtus minoris eſt ſicut virtus maioris: niſi ꝙ propter eius ſubtilitatem confert plus digeſtioni: ⁊ eſt magis deſiccatiuum.
¶ Pro camepiteos ponitur medietas pōderis eius de ſizeleos: et quarta ponderis eius de caſſialignea.
D Dyamoron
Doronicum
Darſiſahan
¶ Pro dyamoron ponit̃ ſuccus moroꝝ coctus cum melle ⁊ deſpumatus. Platearius
¶ Pro doronico ponunt̃ due tercie pōderis ipſius de gariofilis. Auicenna.
¶ Pro darſiſahan ponunt̃ fructus aliembuch: ⁊ eſt xiliqua vel xilocaracta: ſcȝ due tertie pōderis ipſius. Et in iuuamētis neruoꝝ pondus eius de azaro ⁊ medietas pōderis ipſius de abſinchio. Auicenna.
E Eupatorium
Eleborus niger
¶ Pro eupatorio ponit̃ pōdus eius de azaro: ⁊ medietas pōderis ipſius de abſinchio
¶ Pro eleboro nigro ponit̃ mediū ipſius de mezereon: ⁊ due tertie pōderis eius de agarico. Filius autē meſengne dicit ꝙ loco ipſius ponitur condiſi. Auicenna.

Ferrum Folium F
Feſſire Fumus terre
¶ Ferrum: ferrugo: ſcama ferri: eiuſdē ſūt virtutis: ideo vnū pro alio ponitur. Actor pendetarum.
¶ Folio albo caremus: ſed loco illius ponuntur folia gariofilorum: vel ſpica nardi Platearius. Vel ponitur pondus eius de mace. Auicenna.
¶ Pro feſſire: id eſt vite alba ponitur pondus ipſius de doronico. Et due tertie ponderis eius de mace. Auicenna
¶ Pro fumoterre in ſcabie ⁊ febribus antiquis ponitur quantū eſt mediū ponderis eius de ſene de mecha. Auicenna.
Genciana G
Galbanum
Galanga
¶ Pro genciana ponitur quantū ipm eſt ⁊ quantū medietas eius ex azaro: ⁊ quantū medietas eius de radice caparis. Auicēna.
¶ Pro galāga ponit̃ kerſat gariofilatū: id eſt cortex arboris gariofilorum. Iañ.
Haſce H
Hermodatillus
¶ Pro haſce: id eſt thimo ponitur origanū montanum vel epithimum. Auicenna
¶ Pro hermodatillo ponit̃ in dolorib⁹ iuncturaꝝ pōdus eius de folijs alkanne: ⁊ medietas ponderis eius de bdellio. Auicēna.
Ipericon I
Iſopus
¶ Pro ipericō ponit̃ pōdus ipſi⁹ de ſquinanto: ⁊ pōdus ipſius de radice caparis. auicē.
¶ Pro iſopo ponitur ſauſucci tantundem ⁊ medium eius.
Lilium L
Laurus
Lingua auis
¶ Pro lilio ponitur pondus equale ex ſaufel ⁊ ſandalo mixtis equaliter.
¶ Pro lauro ponunt̃ folia ſizimbri. Auic.
¶ Pro lingua auis in mouendo coitum ponitur equale pondus ipſius de nuce excorticata. Auicenna.
Melliſſa M
Mentaſtrum
Mel canne
Mirra
¶ De melliſſa dicit ga. vij. ſim p. far. ꝙ multū differt a praſſio: ideo vnū pro alio nō debet poni q̄diu poterit reperiri. Si vero aliq̄n nō fuerit praſſiū: licet hoc vti in oībus in q̄bus vtit̃ illo: ſcientes ꝙ actu deeſt.
¶ Iſtis oībus mētaſtrū. pulegiū. camomilla. calamētū mōtanū. ⁊ calamentū fluuiale vno pro alio vtitur. ſunt eīn eiuſdē virtutis Act. pen. in expōe hui⁹ termini Glicoñu

Pꝛo melle canne ponitur mel apum. Jo. ma. ſuper nono almẽſoꝛis ca. de cephalea. Dicitur ꝙ pꝛo mirra ponitur medietas põderis eius de pipere: ſed dicit Auicẽna ꝙ nihil eſt.

N Nabach
Naſturcium
Nux muſcata

¶ Pꝛo nabach ponit ga. ⁊ S. in vnguẽtis ⁊ confectionibus aromaticis calamentum montanum.

¶ Pꝛo ſemine naſturcij ponuntur eius folia exſiccata ⁊ nõ viridia. vñ S. L. ag. cap. Joꝛſalbathebe: id eſt naſturciũ ⁊ c. Dicit ꝙ qñ naſturciũ exſiccatur: fit eius virtus ſicut virtus ſeminis eius: ⁊ dum eſt recens pꝛopter humiditatẽ aquoſam q̄ eſt in eo habꝫ virtutẽ debilioꝛẽ virtute ſeminis eius.

¶ Pꝛo nuce muſcata ponitur ſpice equale pondus. Auicenna.

O Opium
Oppoponacum
Ozimum gariofilatum
Oppobalſamum
Oleum laurinum
Oleum de alcanna
Oleum de vꝛtica
Oleum' roſarum
Oleum de kerua

¶ Pꝛo opio ponitur triplum põderis eius de ſemine iuſquiami ⁊ duplum eius de ſemine mandragoꝛe. Auicenna.

¶ Pꝛo oppoponaco ponitur ficus. Eſtimat etiam Auicenna ꝙ amoniacũ eſt ei ꝓpinquum in virtute.

¶ Pꝛo ozimo gariofilato ponitur melliſſa ĩ paſſionibus coꝛdis ⁊ meline. Jañ.

¶ Pꝛo oppobalſamo ponitur mirra liq̄da.

¶ Pꝛo oleo laurino ponit̃ pix liq̄da. Aui.

¶ Pꝛo oleo de alcanna ponitur oleũ ſanſucinum. Auicenna.

¶ Pꝛo oleo de vꝛtica ponitur oleum de cartamo. Auicenna.

¶ Pꝛo oleo roſ ponitur oleum violatum ⁊ oleum de menufare. Auicenna

¶ Pꝛo oleo de kerua ponitur oleum rafaninum. Auicenna.

P Polipodium
Polium
Papauer

¶ Pꝛo polipodio ponitur epithimũ ⁊ medium ponderis de ſale indo. Auicenna.

¶ Pꝛo polio ponuntur in extractione vermiũ ⁊ pꝛouocatione menſtruoꝝ ⁊ vꝛine põdus equale de lignis granati viridibꝰ ⁊ due tertie ponderis ipſius de coꝛticibus lignoꝛum caſſie lignee. Auicenna.

¶ Dicit auic. ĩ ca. de lactuca: ꝙ lactuca agreſtis eſt in virtute papaueris nigri.

Ribes R
Rob
Rob de ribes
Rob de moꝛis
Rob de citonijs
Rob de granatis
Rob mirtinum

¶ Pꝛo ſucco ribes ponitur ſuccus acetoſe Meſue in ca. rob de ribes.

¶ Pꝛo rob ponuntur carnes paſſularũ. Jacobus de partibꝰ pariſieñ. doctoꝛ modernꝰ vir magne auctoꝛitatis inter modernos q̄rti pꝛima ca. de tuſſi febꝛicitantium.

¶ Pꝛo rob de ribes de intentione meſue ponit̃ ſuccus acetoſe aut ſirupus eiꝰ. vult tamen xp̃ofoꝛus ge. in expoſitõne ſua ſup antidotario meſue: ꝙ loco rob de ribes vtimur ſirupo mirtino aut miua ſimplici.

¶ Pꝛo rob de moꝛis vtimur dyamoꝛon. D. N. Xp̃ofoꝛus geoꝛgius vbi ſupꝛa.

¶ Pꝛo rob de citonijs vtimur miua citonioꝛũ: vel miua ſimplici. Jdem xp̃ofoꝛus.

¶ Pꝛo rob de granatis vtitur ſucco granatoꝛum. Jdem xp̃ofoꝛus vbi ſupꝛa.

¶ Pꝛo rob mirtino vtimur ſirupo mirtino Jdem xp̃ofoꝛus vbi ſupꝛa.

Spica celtica S
Stoꝛax
Spodium
Squilla
Staphiſagria
Sal indum
Serapinum
Sucutum
Secacul
Sandalus
Semen cucurbite

¶ Pꝛo ſpica celtica ponitur ſaliunca. Pla.

¶ Pꝛo ſtoꝛace ponitur equale pondus de caſtoꝛeo: ⁊ duplum ponderis eius de oleo ſizanino. Auic. in ſcđo cañ. ca. Lubne.

¶ Pꝛo ſpodio ponitur ebur combuſtũ vel quod melius eſt cinis q̇ inuenit̃ ſup foꝛnace argentarioꝝ. S. L. ag. ca. abayſir.

¶ Pꝛo ſquilla ponitur coꝛdumeni in equali pondere: aut pondus equale: ⁊ tercia ipſius de acoꝛo: aut tercia ipſius de amomo. Auicenna.

¶ Pꝛo ſtaphiſagria ponitur piretrum. Jo. de ſancto amando in areolis ſuis.

¶ Pꝛo ſale indo ponit̃ zuc. candi. Act. pẽ.

¶ Pꝛo ſerapino ponitur gũma cedri. ⁊ alij dixerunt pini maſculi. ⁊ alij dixerunt ꝙ ponit̃ põdus ipſius: ⁊ mediũ de oppoponaco

¶ Pꝛo ſucuto ponitur ſuccus folioꝝ lactuce aut aqua ſolatri. Auic. ca. ſuccutũ. verũ videtur ꝙ auicẽna videt̃ neſciuiſſe q̇d eſſet

ſuccutū cum dicit ꝙ dicitur ꝙ eſt ſemꝑ viuā⁊ dicitur ꝙ eſt ſpecies feminis mandragore⁊ ſic non accepit ſuccutū niſi dubie ꝓ ſemine mandragore aut pro ſemper viua⁊ ⁊ ſic pro ipſis ponitur aqua ſolatri aut ſuccus folioꝝ lactuce.

¶ Pro ſecacul ponitur ſatyrion. Auicēna

¶ Pro ſandalo q̄tum ad virtutem eius in frigidatiuā ponitur ſauſel. Iañ. in littera F. in expoſitione huius termini ſauſel.

¶ Pro ſemine cucurbite ponuntur ſemina malorum dulcium. Platearius.

T Theſifie
Taratiſ
Tyriaca
Terebentina
Tuthia
Tricon
Trociſci de tyro

¶ Pro theſifie ponuntur due tertie ponderis eius de dragaganto⁊ tertia eius de euforbio. Auicenna.

¶ Pro taratiſ ponitur medietas ponderis eius de cortice oui aduſto ⁊ abluto⁊ ſexta ponderis eius de galis⁊ decima pōderis eius de gummi arab. Auicēna.

¶ Pro tyriaca ponitur triplum ponderis eius de zedoaria.

¶ Pro terebentina ponit̄ gūmis gariofiloꝝ. gluten em̄ gariofiloꝝ exiſtit in virtute glutinis albotum. Auicē. cap. de gariofilis.

¶ Pro tuthia in paſſionibus oculoꝝ ponit̄ cinis folioꝝ oliue ſimul cū floribus: qui ita debet fieri. Accipe folia ipſa cū flore ⁊ ſil' pone in olla terrea cruda⁊ obtura os eius ⁊ dimitte in fornace donec illa coquantur. deinde proijce ſuꝑ ea vinū quouſqꝫ infrigident̄ ⁊ ſimul confice⁊ iteꝝ combure ſicut prius. poſtea laua ſicut lauatur ceruſa⁊ fac trociſcos. creditur em̄ ꝙ q̄n cōburūtur hoc modo ꝙ non ſit eaꝝ virtus minor virtute tuthie in iuuamento oculi⁊ ideo creditur ꝙ virtus huius ſit ſicut virtus illius. S. L. ag. ca. Cabitraiton. Idē Bul. in ſeruitore.

¶ Oīa noīa terminata in tricon capillū ſonant⁊ ideo pro eodem accipiuntur. ab eodē em̄ effectu ſunt impoſita. ideo hec politricon adyantos gallitricon capillus veneris ꝓ ſeinicē accipiunt̄. S. l. ag. c. Berſegaſcē

¶ Pro trociſcis de tyro in tyriaca ponunt̄ trociſci facti de diptamo⁊ tormētila. Sal.

V Vicetocicum
Vſnee

¶ Pro vicetocico ponit̄ arnal tormētillā.

¶ Pro vſnee ponitur pondus eius de cordumeni. Auicenna

Z Zedoaria

¶ Pro zedoaria ponitur ariſtologia. Vnde Auic. zedoaria eſt in virtute ariſtologie. et dicit etiā in fine ca. eius ꝙ triplū ponderis eius ponitur pro vno tyriace. Et dicit filius meſengue ꝙ ipſa in operatione ſua eſt ſicut durunguid eſt doronicum.

Capitulum vltimum de ponderibus ⁊ menſuris.

D Iſtinctio menſuraꝝ ⁊ ponderū tribus de cauſis diuerſificat̄. Primo rōne diuerſaꝝ prouinciaꝝ: vt aliud eſt kiſt romanū⁊ aliud kiſt ytalicum. Scd̄o rōe diuerſaꝝ medicinaꝝ: vt abē mellis⁊ aben olei. Aben em̄ mellis ſunt mine due⁊ aben olei ſunt mine due. ß. ⁊ coclear mellis eſt pōdus. iiij. aureoꝝ. ⁊ coclear medicine eſt aureū. j. Tertio diuerſificant̄ rōe auctoꝝ vt verbigrā in diſtinctione ponderꝝ ⁊ menſuraꝝ quā ponit auic. ex breuiario al ſeyt ſcribit̄ ꝙ kiſt mellis eſt pondus lb. C. viij. ⁊ ex breuiario S. ſcribit̄ ꝙ kiſt eſt pōdus duaꝝ lb. cū dimidia. Silr̄ etiaꝫ differt Ni. ab alijs in pōdere ſextarij: q2 ponit ſextariū eſſe pondus. ij. lb. ſ. Sed auic. ⁊ S. ponūt ſextariū eſſe pōdus vj. ʒ. ⁊. ij. dauich

¶ Attende ergo ꝙ iſta ſunt diuerſa pōderū ⁊ menſuraꝝ genera q̄bus vtitur in medicina ſm ordinē minoris alphabeti.

A Acetabulum
Alnuluſeth
Aureus
Auelana
Adarcaimi — Adari
Aſueſim
Arſat
Arſeti
Arnula
Adorat
Aben — Alem vrine
Abemen vel alemen
Armo
Adaſafati
Alaſacrayti
Aſatil
Alcomiaꝫ — Alūmilmeiſi
Arhuatu
Alkantus
Aldegurach
Alſet
Alſilef

¶ Acetabulū nomē mēſure eſt quartā partē emine cōtinentis⁊ eſt ſm yſid. ʒ. xij. Aliqui antiqui expoſuerant quātum teſta oui capere poteſt. Quandoqꝫ inuenitur acetabulis ſcriptum. Iañ.

¶ Alnuluſeth eſt pondus. ʒ. ij. vnde auicē. ca. de agarico. ⁊ quādoqꝫ in potu dantur ex eo tres alnuluſeth. et S. L. ag. c. Agarico

dicit ꝙ poſſumus dare.ʒ.ij.ſic ex concordia
hoꝝ patet ꝙ alnuluſeth eſt pōdus.ʒ.ij. di-
cit ꝙ inter iſtos nulla eſt concordia:q: tres
alnuluſeth eſſent.vi.ʒ.⁊ taleʒ doſin de aga
rico non cōuenit exbibere:ſed Jañ expōit
ꝙ alnuluſeth ē obolꝰ id ē.xij.grañ.⁊ meliꝰ
Aureus aſſumptus cōiter S.⁊ auic.eſt pō
dus.ʒ.i.ſ. ſed in rei veritate in medicinis
magne potentie ſiue ſint ſolutiue ſiue nō:
aureus eſt minus ꝙ̄.ʒ.Dicit eñ.S.ca.de ꝓ
batione tyriace.Et des de tyriaca ad quan
titatē lupini:⁊ eſt medius aureus.⁊ auicē.
ca.de cura alchites dicit.⁊ ſumat de pillu-
lis ſulirinis in potu debilis aureum.i.⁊ for
tis.ʒ.i.Et ita patet in iſtis ꝙ aureus ſit mi
nus ꝙ̄.ʒ.
Auelana eſt aureus.i.ſiue.ʒ.i.ſ.
Adarcaimi ſm S.ſunt ſex oboli:⁊ eſt pon
dus.lxxij.granorum ordei.
Adari ſm S.eſt pondus trium librarum.
Aſuenſim ſm S.eſt pondus.ʒ.xviij.
Arſat eſt pondus.ʒ.c.⁊.xx.ſm S.
Arſeti romana eſt pondus ideʒ ſcʒ.ʒ.c.xx.
Amula vel anula vel anguē que idem ſunt
⁊ eſt pondus ſm S.aureorum.vij.
Adorat ſm auic.eſt pondus trium librarū.
Inueniuntur aben mellis ⁊ aben olei.⁊ eſt
aben mellis ſm S.pondus:ij.minarū:ſed
aben olei eſt pondus vnius mine ⁊ ſ.
Alem vrine ſm ſerapionē eſt pōdus.xxv.
ſextariorum.
Abemen vel alemen ſm Auicenna eſt ſe-
xtaria.v.⁊.ʒ.xxxi.⁊ antuli.iiij.Et attende
ꝙ vbi dicit Auicenna.antuli dicit S.⁊ me
lius armo.
Armo eſt pondus.xxiiij.grañ.ordei.
Adaſafati magna ſm S. eſt pondus.ʒ.v.
⁊ grañ.xvi.ordei.ſed adaſafati parua ſm
S.eſt pondus.vij. ſemimet.
Alſacrayati apud auicēna eſt nomē ponde
ris granoruʒ.M.ccc.Et alibi. Alſacrayati
magna granorum.C.lxviij.parua vero gra
norum.lxxxiiij.Jañ.
Alſatil arab eſt nomen ponderis apprehē
dens grana.v.c.lxxviij.Idem Jañ.
Alcomuaʒ ſm S.eſt pondus trium.ʒ.
Alumilmeiſi ſm S.eſt pondus.ʒ.i.ſ.
Althuatu idem ſm ſerapionē.
Alkantus ſm auicennā eſt pondus.ʒ.ſ.
Aldegurach vel danguarie ſm auicēnā eſt
pōdus.ʒ.iiij.
Alſe eſt pondus.ʒ.iiij.ſ.
Alſulef olei ſunt.ʒ.vi.
Alſulef mellis ē pōdus.ʒ.iij.id ē quart].i.
B Briala
Briala ſm quoſdā eſt menſura continēs
ʒ.iiij.vnde auic.primo cañ.ca.de regimine
aque ⁊ vini dicit ſup cibū duas brialas aut
tres bibere non nocet ei qui contentus eſt
Charine C
Coclear
Choati vel ciatus
Chons mellis
Chons olei
Chons vini
Coatus
Carbon
¶ Charine ſm ſerapioneʒ eſt quarta pars
ʒ.i.⁊ ſunt grana.xvi.
¶ Coclear medicine ſm aui.eſt aureū.i.ſʒ
coclear mellis ſm S.⁊ auicē.eſt aurei.iiij.
¶ Choati vel ciatus eſt.ʒ.iij.
¶ Chons mellis eſt lb.xiij.ſ.
¶ Chons vini eſt lb.x.
¶ Chons olei eſt lb.ix.
¶ Carbo eſt.ʒ.xviij.ſ.
¶ Coatus vel coates eſt pondus.ʒ.i.ſ.ſed
coatus olei eſt darkimet.xij.Et coatus vi-
ni eſt.ʒ.ſ.⁊ medietas darkimet ⁊ tertia.et
coatus mellis pondus.ʒ.ij.⁊ quarta. D
Dragma
Dorchimi ſiue darkimet
Dorat
Danich
Dragma ſm omnes eſt pondus.℈.trium⁊
debet ſic figurari.ʒ.
¶ Dorchimi ſiue darkimet eſt pondus au-
rei.i.
¶ Dorat ytalicū eſt iobein.viij.⁊ iobein eſt
arſac romana.vi.⁊ quid ſit arſac dictū eſt.
¶ Danich eſt nomen ponderis.viij.grano
rum ordei Jañ.
Exagium E
Erub
¶ Exagium ſm Nicolaum ⁊ ſm commu-
nem opinionem eſt pondus.ʒ.i.ſ.
¶ Erub mellis ſm Auicennā eſt pondus
ij.lb.ſ.ſed erub olei eſt mina.i.⁊.ſ.
Faba greca F
Faba alexandrina
Faba egiptiaca
Faba baſſiria
¶ Faba greca eſt.ij.ſemimet aut.ij.oboli.
¶ Faba alexādrina ē pōdꝰ.ʒ.i.ſ.⁊ gra.xij.
¶ Faba egiptiaca eſt quattuor ſemimet ⁊
eſt.ʒ.i.ſ.
¶ Faba baſſiria eſt pōdus.ʒ.ij.⁊ gra.xvi.
Gormia G
Gormia eſt quarta pars.ʒ.i.⁊.ſ.
Kiſt K
Kirat vel kirates
Kiſe
Kadus
Kiſt.S.in ſeptimo in confectione electua
rij deicitonijs auctoritate ga.dicit ꝙ kiſt ro
mana eſt lb.i.cū dimidia.⁊ dicit auic.ca.de

ſciatica ꝙ kiſtus eſt cotile.ij.lb. ⁊ libro de doctrina greca exponiť ꝙ eſt cadus .i. ⁊ ex ca. auic. ſupaddito in fine quinti qḋ extractū eſt ex breuiario S. dicit ꝙ eſt pondus ʒ.xx. Et kiſt ytalicū eſt. ʒ.i.ſ. pro quo attende ꝙ vbi in libris auic. meſ. S. raſ. ⁊ aliorum arabicoꝝ ponitur kiſt: debet poni kiſt ytalicū: ſcʒ lb.j.ſ. ſed vbi in libris grecorū vt Nicol. Ga. alexandri ⁊ alioꝝ poniť kiſt debet poni kiſt romana: ſcʒ lb.ij. Inueniūtur tñ kiſt olei: ⁊ kiſt vini: ⁊ kiſt mellis.
Kiſt olei eſt .ʒ.xviij.
Kiſt vini eſt lb.lxxx.
Kiſt mellis eſt lb. C.viij.
Kirat exponit xpoforus geor. ſuper meſ. ℞ ta troxiſcoꝝ de cipero ꝙ eſt pōdus.viij. grañ. ordei. Exponit tñ mundi. ꝙ eſt ſilica ⁊ exponit ꝙ eſt pondus triū grañ. ordei. ⁊ hanc expoſitiōem imitatus eſt ſaladinus.
Kiſſe eſt menſura continens.iiij.lb.vini. Hoc pondus habetur in de ſecretis galieñ.
Kadus ſm papiā exponitur ꝙ eſt vas amphora dicta cōtinens tres.ʒ. ſed in libro ḋ doctrina greca exponitur pro ſitula.

Z Libra
¶ Libra medicinalis eſt.ʒ.xij.

M Mina
¶ Mina alia eſt romana: ⁊ alia ytalica. quādo ſimpliciter ponitur mina in libris arab vt auic. ſerap. meſ. debet poni mina ytalica. ſed in libris grecoꝝ vt galieñ. alexādri ⁊ nicolai: debet poni mina romana. Mina ytalica eſt pondus.ʒ.xvi. ſed mina romana eſt pondus.ʒ.xx. ⁊ ſm papiā que videtur īſequi Iañ. mina eſt pondus. C.ʒ. cōis vſus non inſequitur ipm.

N Nux magna pro pondere eſt pondus.ʒ.ij.ſ. grañ.xviij. Sed nux parua eſt auelana de qua ſupra.

O Obolus
¶ Obolus eſt.℈.ſ.

R Raficij
¶ Raficij exponit ſala. ꝙ eſt pōdus.℈.i.ſ.

S Scrupulus
Semimet
Seminen
Saſureg
Suſe
¶ Scrupulus eſt tertia pars vncie ſm cōmunē opinionē. ⁊ ſic figurať ī medicina.℈.
¶ Semimet exponit aui. ꝙ ſūt mine.x.ſ.
¶ Seminē eſt pondus.xiiij. grañ. ordei.
¶ Saſureg in ſecretis ga. exponitur ꝙ eſt pondus.ʒ.i.ſ.
¶ Suſe in de ſecretis galieñ. exponiť ꝙ eſt menſura continens lb.vi. aceti.

U Uncia
¶ Uncia eſt pondus.ʒ.viij. vt tenet modꝰ communis. in diuerſis tamē regionibus variatur: ⁊ debet ſic figurari.ʒ.
¶ Pro habenda memoria de diuerſis medicinarum ponderibus vſualibus: quia nō oīa ꝑdicta pondera ſunt vſualia nota hos verſus. Collige triticeis medicine pōdera granis. Grana q̄ter q̄nqꝫ ſcrupuli ꝓ pōdere pōe. In dragma ſcrupulus ter ſurgit multiplicatus. Si ſolidū queris tres dragmas dimidiabis. Exagium ſolido differt in nomine ſolo. Aureus exagio ſolidoqꝫ parificatur. Conſtat ſex ſolidis vel ter. tribꝰ vncia dragmis. Uncia pars libre duodena q̄s ambigit inde. Si queras pondus quot hꝫ ſextarius vinus. Librāꝝ quinqꝫ pondus de bes mediare. Cotila ſextario differt in nomine ſolo. Continet eminas ſextarius ſex puto binas. Ut fertur obolus ſemis ſcrupulus eſſe probatur. Cetere menſure nō ſint tibi noīe cure. Nam q: ſunt ficta ſordeſcunt ſuntqꝫ relicta. Non eris illuſus ſi tenes quod tenet vſus.

Finit particula prima huius ſcdi libri.

Secunda particula

ſecundi libri Incipit.

f Inita particula prima huius ſecundi libri preſentis opuſculi: vbi docuimus modos generales conficiendi omne antidotū: supereſt in reliquis particulis antidota deſcribere. Deſcribemus aūt vt diximus oīa antidota q̄ a nicolao ⁊ a meſue dicta ſunt licet apud apotecarios noſtros nō ſint vſualia: q: forſitan aliqui medici eis vtunť magiſtraliter: ⁊ in aliquibus regionibus q̄buſdam: in alijs vero reliquis. Ut ergo noſter libellus ſufficiat: vbiqꝫ deſcribemus omni cū diligentia correcta ⁊ emendata q̄tū ars correctōis ſuſtinere pōt: licet canones eñ practicos nunq̄ reciperet intellectus cuʒ in ſola experientia conſiſtant: ⁊ nō in ratiocinatōe. Propter tñ diſcrimē magnū ſcribentiuʒ in libris practice maximus in his ſubſecutus eſt error adeo ꝙ vt teſtatur gētilis in ſuo de proportionibus medicinarū ſicut ꝓceſſus ī prole ſpēm primi patris debilitat donec iam non ſit dignū nomen gētum antique proli radicaliter aſſimulari: ſic libri ſapientū propter ſcriptorum ignorantiam in adulterio ceciderunt: ⁊ qui prius a ſapiētibus cū diligētia ſtudij ⁊ experiētie fuerunt exarati: iam totaliter corruptividētur: nec ſunt qui prius erant. vbi eñ diſcurreris ꝑ antidotarios inuenies in eis maximā diuerſitatem maxime in ponderibꝰ. ſe

pe eñ ſcribitur.ʒ. pro lb.⁊.ʒ.pro.ʒ.cuius error facit apotecariũ libris adherentẽ apotecarium equiuoce. Hoc aũt opus noſtrum breue nebuloſam viam elucidabit:⁊ textus bene correctos īſequitur. Inſequamur autem in hoc noſtro libello vt mo ris fuit ordinem litterarum minoris alphabeti. Sed qꝛ difficile eſt peneqꝫ impoſſibile antidota ſic omnia ordinata ſerie ⁊ alphabetica pertractare: cū eorum quedam ſub forma pulueris ⁊ alia ſub forma confectõis ſolide.alia ſub forma electuarij diſpenſentur:ideo vbi ſub vna littera deſcriptio antidotorum nõ inuenietur recurratur ad aliam. ¶ Sequitur ergo primo tractare in hac particula ſecũda de receptis antidotorum qui incipiunt per A.⁊ in reliquis particulis de alijs ordine predicto.

¶ In hac particula erũt recepte ſequẽtes.

Aurea alexandrina.D.Nicolai
Adranum.D.N.
Acariſtum.D.N.
Athanaſia.D.N.
Athanaſia magna.D.M.
Athanaſia minor.D.auic.in quinto canõ.
Alcancalon.D.N.
Antimaron.D.N.
Antidotum emagogum.D.N.
Aniſum laxatiuum.D.N.
Aromaticum roſ ſtomatici confortatiuum D.Meſue.
Aromaticum roſ maius.D. Gabrielis qđ ponit Meſue.
Aromaticum roſ minus.D.M.
Aromaticum muſcatum.D.M.
Aromaticum gariofilatum.D.M.
Aromaticum nardinum.D.M.
Alipta muſcata.D.N.
Alkermes.D.M.
Alfeſſera.D.M.cuius due ponunt Rte.
Almezereon.D.M.
Acetum ſquiliticum.D.M.cuius due ponuntur Rte.
Acetum roſ anthoſatum ⁊ ſambucinum q̄ deſcribuntur ſub vna ⁊ eadem Rta.
Acetum paſſulatum.D.Johannis mathei de gradi doctoris moderni.
Aqua fructuum.D.M.
Aqua mellis.D.M. Cuius tres ponuntur Rte.
Aqua ordei ſm D.auic.prima quarti.
Acaſſia.D.Bulcraſis in ſeruitore.
Amidon ex frumento.D.B. in ſeruitore.
Amidon ex ordeo.D.B.in ſeruitore.
Amidon ex orobo.D.B.in ſeruitore.

Aurea alexandrina D.N.

R.Azari
carpobalſami
ſeminis iuſquiami añ.ʒ.ij.ſ.
gariofilorum
mirre
ciperi
opij thebaici añ.ʒ.ij.
balſami
cinamomi electi
folij
zedoarie
zinziberis
coſti
corali
caſſielignee
euforbij
dragaganti
thuris
ſtoracis calamite
ſaliunce
meu
cardamomi
ſizelei
napei
ſaxifrage
aneti
aniſi añ.ʒ.i.
ligni aloes
reubarbari
reupontici
alipte muſcate
caſtorei
ſpice
gallange
oppoponaci
anacardi
maſticis
ſulphuris
pionie
yringi
roſarum
thimi
acori
pulegij
vtriuſqꝫ ariſtologie
gentiane
corticis mandragore
camedreos
fu
baccarum lauri
dauci cretici
ameos
macropiperis
leucopiperis
xilobalſami
carui
amomi
petroſelini
leuiſtici

Subtiliſſime puluerifetur Azarum hic in aurea alexandrina vt repat ad vias vrine.

Hec Rta raro inuenitur preparata aliqui tamẽ ea magiſtraliter vtuntur ⁊ ſeruatur per ſex annos. ſaladinus.

Hic debet põi dragagantum citrinũ aut ſubrufũ: ⁊ nõ album:quia confectio eſt calida:ſaltem poſt eius debitam fermentionẽ que eſt poſt medium annum.

Hic debꝫ poni maſtix citrinũ aut ſub rufum.

Hic debet thimus ſubtiliſſime pulueri ſarivt per eius ſubtilitatẽ repat ad vias vrine.

Expone in hac cõ fectione auri cocti id eſt puriſſimi q̃a per decoctionẽ de puratur. ⁊ debent aurũ ⁊ argentum ſubtiliſſime lima-ri cum lima parua ĩ pelui plena aqua ⁊ debꝫ lima ſepꝰ ablui cũ aqua: aut fricetur ſupra co-tẽ: ⁊ fiat ſimiliter. poſtea dimittatur reſidere aqua ⁊ li-matura deſcendet ad fundũ. ⁊ illa li-matura eſt q̃ debꝫ poni in medicinis Aliqui tñ ꝓpter a breuiare ponũt au rum ⁊ argentum foliatum.

Adrianũ conſer-uatur annis ſeptẽ ſaladinus. Confe ctio tamen nõ eſt vſualis nec prepa rata reperitur. In adrino debet poni dragagãtum citrinũ aut ſubru-ſum ⁊ non album

Cõfectio acariſtõ nõ eſt vſualis: nec preparata repit᷑.

ſeminis rute
ſeminis ciconi
auri cocti añ. ʒ. ſ.
argenti meri
ambarum margaritarum ſcilicet perforata rum ⁊ non perforatarum gloſa.
blacce bizancie
offis de corde cerui añ. grañ. xiiij.
limature eboris
calami aromatici
piretri añ. gra. ix.
mellis q. ſ.

Adrianum
D. N.

℞. opij thebaici. ʒ. iij.
xilocaſſie
iuſquiami albi añ. ʒ. ij. ℈. ij. ſ.
leucopiperis
euforbij añ. ʒ. ij. grañ. vi. ⁊ tertiam partem grañ. i.
ſeminis apij
ſeminis fizeleos añ. ʒ. i. ℈. ſ. gra. ij.
folij
origani
dragaganti añ. ʒ. i.
oppobalſami
ſtoracis calamite
zinziberis
xilobalſami
carpobalſami
petromacedonici
cyperi añ. ʒ. i. minus. gra. vi.
maratri. ℈. ij. gra. viij.
calami aromatici. ℈. ij. gra. ij.
ſpice nardi
cinamomi
croci
coſti
reupontici
piretri
acori
dauci cretici
aniſi añ. ʒ. ſ. gra. vi.
caſtorei. ʒ. ſ.
ſerapini
mirre
roſarum
cardamomi
amomi
ſeminis rute agreſtis
ameos añ. ℈. i. gra. iiij.
Alij addiderunt liliſagi. ʒ. i.
mellis q. ſ.

Acariſtum
D. N.

℞. coſti
galbani
opij
finicon indi
yſopi
celini añ. ʒ. i.
ſpice nardi
corali
croci
xilobalſami
caſſiefiſtule: id eſt caſſielignee
calami aromatici
reupontici
mirre
ſtoracis calamite
oppoponaci
bdellij mollis aut iudaici
amoniaci
olibani
ciciidon
ſpice celtice
abrotani
acori
azari
bractei
roris ſiriaci
ſquille
dãnidis
piretri
aniſi
amomi
pſillij
ozimi
dauci cretici
leuiſtici
maratri
miconis
leucopiperis
melãopiperis
macropiperis
florum ciriaci añ. ℈. ij.
elempni. ℈. i. ſ.
elebori nigri
zinziberis añ. ℈. i.
mellis q. ſ.

Athanaſia
D. N.

℞. cinamomi
caſſiefiſtule añ. ʒ. iij. gra. viij.
croci
ſquinanti
ſtoracis calamite
fu
ſizelei
bethonice
ſeminis iuſquiami
apij
aniſi
dauci cretici
opij. ʒ. i. ſ. gra. iij.
ſpice

Quicq̃d dicat pla-tearius ibi dꝫ eſſe caſſiefiſtule: id eſt caſſielignee. Pro quo attende ꝙ an tiqui caſſiãfiſtulam vocabãt caſſiamli gneã. Naꝫ ſi legis capl'm dya. de caſſi afiſtula cũ capl'is auic. ⁊ ſerapionis de caſſialigñ. inue nies ꝙ idẽ dicunt Et ꝙ ſit verum ꝙ antiqui vocabant caſſialigneã caſſiã fiſtulã: patet. Naꝫ caſſius felix in ca. de dolorib⁹ ſtoma ci in deſcriptõe pi gre gal. vbi caſſiã-ligneã alij ſcribũt ipſe ſcribit caſſiãfi ſtulã. Et ita ſiliter hic fuit vt pie cre-ditur ꝙ vbi ſupra ly caſſiefiſtule ſcri bitur in gloſa: id ẽ caſſielignee: ſcri ptores ignari re mouerũt ly id eſt: ⁊ vtrãqꝫ ſcripſert Dꝫ ergo hic ſcribi caſſiefiſtule id eſt caſſielignee: cuꝫ h̃ cõfectio nec ſit la tatina nec cõpete re videat᷑ caſſiafi-ſtula et ſuis ꝓprie tatib⁹ ſicut ĩ ꝙplu rimis alijs etiã an tidotis ſequẽtibus reperit᷑ caſſiafiſtu la. ⁊ ꝑ hãc intelli-gere debes caſſiã-ligñ. vt exẽplificat Iañ. de athanaſia

Vide ergo et di-ctis Iañ. ꝙ ſilr in hac cõfectõe atha

naſie debes gloſare caſſiefiſtule:nã ē caſſieligñ.vt dictũ eſt.

folij
caſtorei
mirre
lapis ematites
ſanguinis drachonis
corali rubei
coſti
mummie
Boli armenici
ſimphiti
lempnias

Hic pulueriſa azarum tantum ꝙ repat ad vias vrine.

azari
acori
corticis mandragore
polij
baccarum lauri
meu
macropiperis
leucopiperis
petroſelini añ.ʒ.ſ.
mellis.q.ſ.

Iſta confectio cõiter non inuenitur preparata. aliqui tamen medici ea magiſtraliter vtũtur.

Athanaſia magna
D.M.

℞.croci
mirre
opij
caſtorei
ſeminis iuſquiami
coſti
cordumeni
ſeminis papaueris albi
ſpice
eupatorij
epatis adip

Cornu dextri cerui dicit ꝓpoſoꝰ georgius ꝙ melius

cornu dextri capre aduſti. in alio cornu dextri cerui añ.partes equales.terenda terãtur:ꝛ alia que liqueſiant cum vino ꝛ conſice cum melle deſpumato.

Iſta confectio nõ inuenitur preparata neqꜫ venit ĩvſũ penes apotecarios noſtros. preparata vero conſeruatur annis tribꝰ. Saladinus.

Athanaſia minor
D.auic.quinto cañ.

℞.ſtoracis calamite
croci
coſti
ſpice nardi
opij
caſſieligñ.añ.ʒ.iiij.
ſucci eupatorij ſcilicet ſicci.ʒ.viij
radicis lilij.ʒ.xij.
mellis quod ſufficit
¶ Alij addunt
mirre
xilobalſami añ.ʒ.iiij.

Alcancalon nõ venit in vſum nec inueniť preparatũ.

Alcancalon
D.N.

℞.corticis mirabolanorum citrinorum
kebulorum
Indorum añ.ʒ.vij.
ſeminis portulace
ſeminis violarum
ſeminis ſcariole añ.ʒ.ſ.
bellerici
emblici añ.ʒ.i.gra.vij.
maſticis.ʒ.ij.℈.i.
thamarindorum.ʒ.iij.
florum nimphee
berberis
been rub
reubarbari añ.ʒ.i.gra.iiij.
medulle caſſieſi.ʒ.iiij.

In alio.ʒ.i.ꝛ.ſ.et melius.

¶ Cõfice ſic.in lb.ij.aq̃:bulliat.ʒ.ſ. violaꝝ aliquãtulũ donec aq̃ coloreť. Et poſtea ab igne deponať ꝛ coletur:ꝛ de eadẽ aqua accipe.q.ſ.ad abluendum predictam caſſiam fiſtulam ꝛ thamarindos:ꝛ cola per caſſolaꝫ et cum alia aqua addatur lb.ſ.zuccare et bulliat vſqꜫ ad conſumptionẽ aque. poſtea addantur collatura caſſiefiſtule ꝛ tamarindorum:ꝛ iterum bulliant vſqꜫ ad ſpiſſitudinem ſirupi. ꝛ ſi vis probare ſi coctum ſit: ponatur ſupra marmor. ꝛ ſi adheret quaſi mel coctum eſt:ꝛ tunc ab igne deponatur: ꝛ aliquantulũ infrigidari permittatur. Deinde puluis ſupradictarum ſpecierum ſuperaſpergatur ꝛ cum ſpatula agitentur donec incorporentur.

Antimorõ nõ eſt in vſu nec inuenitur preparatum.

Anthimoron
D.N.

℞.aloes.ʒ.v.ſ.gra.vi.
caſſieſi.ʒ.i.gra.vi.ſ.
maſticis.℈.ij.gra.v.
croci.ʒ.ſ.

Hic non debet tãtum pulueriſari azarum ꝙ repat ad vias vrine:ſed aliquantulum groſſius vt magis ſit ſolutiuũ ꝙ apitiuuꝫ.

azari.℈.ij.gra.v.
xilobalſami.℈.i.gra.ij.ſ.
cinamomi.℈.ij.gra.v.
yreos.ʒ.i.
barbe aaron
draguntee añ.℈.i.gra.ij.ſ.
agarici
coloquintide
nitri
euforbij
caſtorei añ.℈.ij.gra.v.
elebori nigri.ʒ.ſ.

Hic variatur ordo ſimpliciũ ab ordie aliquoꝝ librorum Numerus tñ ſimpliciuꝫ ꝛ quãtitas eſt eadem.

alixandrij
apij
petroſelini añ.℈.ij.gra.v.
coconidij
dyagredij añ.℈.ij.gra.v.
mellis.q.ſ.

Hoc antidotũ nõ reperitur preparatũ:nec ē ĩvſu.apđ nos tñ eſt vſuale. Hic azarum debꝫ ſubtiliſſime pulueriſari vt repat ad vias vrine.

Antidotum emagogum
D.N.

℞.acori
azari
amomi
ſeminis atriplicis
maratri añ.℈.i.gra.vi.

anisi.℈.ij.
ariſtologie longe
arthemeſie

In alio caſſiefiſtu le:ſed deb; gloſa ri caſſiefiſtule:id ē caſſieligñ propter cauſam declaratā; in acariſton.

caſſielignee añ.℈.ij.gra.xiiij.
centauree minoꝛis.℈.i.gra.vij.
centauree maioꝛis
dauci cretici añ.℈.ij.
eleboꝛi nigri.℈.i.
folioꝛum lauri.℈.i.ſ.gra.iij.
liquiricie raſe.ʒ.i.℈.i.
lupini.ʒ.ij.
melancij.ʒ.ij.
mirre.℈.ij.gra.xiiij.
oꝛobi.℈.i.
ſtiptere.℈.ij.
macedonici.℈.i.

Hic variatur oꝛdo ſimplicium ab oꝛdine aliquoꝛum libroꝛum numerus tñ ſimplicium ⁊ quantitas eſt eadem.

piretri.℈.ij.gra.xiiij.
piperis nigri.ʒ.i.℈.ij.gra.vij.
pulegij rogalis.℈.ij.gra.xiiij.
pionie.℈.i.gra.vij.
aperi.℈.i.
ſeminis ruthe.℈.ij.gra.xiiij.
ſpice.℈.ij.gra.xiiij.
ſmirnis.℈.ij.
ſquinanti.℈.i.gra.xiiij.
apij
ſauine añ.℈.i.
xilobalſami.℈.i.gra.xiiij.

Hic debet ciminū ſubtiliſſime pulueriſari vt repat ad vias vꝛine.

zinziberis.℈.ij.gra.xiiij.
gariofi.℈.ij.
radicis caparis
ciminis añ.ʒ.i.
mellis.q.ſ.

Aniſum laxatiuū non eſt in vſu:nec preparatū reperit̃ Foliculoꝛū ſene mundatoꝛ:ſcil; a ſtipitibus ⁊ folijs magnis:quia ſunt eius ſtipites inutiles. Meſue.

Aniſum laxatiuum D.N.

℞.polipodij quercini.℥.ij.
foliculoꝛum ſene mundatoꝛum.℥.i.
turbith electi.℥.i.
zinziberis albi.℥.ſ.
eſule mundate ⁊ raſe.ʒ.vij.
manne granate.℥.i.
gariofiloꝛum
galange
nucis muſcate
ligni aloes
macis
ſpice nardi
cinamomi
cardamomi maioꝛis añ.ʒ.ij.
dyagredij.℥.i.
maſticis.ʒ.i.

Iſte modus conficiendi raro inuenitur in libꝛis:eſt tñ conueniens ⁊ credo q̄ ſit de intentione actoꝛis.

¶Confice ſic. Fiat decoctio ex polipod vſq; ad.℥.iiij.remanentes:in qua tempe rentur per noctes foliculi ſene. Deinde accipe zuc.lb.ij.⁊ clarifica in p̄dicta decoctione addendo mannam granatam ⁊ tunc accipe aniſi boni electi ⁊ deſiccati quart.ſ. Et cooperi duodeciviciibus. Et omnia p̄dicta reliqua pulueriſata aromatica ⁊ maſticem ⁊ dyagredium ad aliam partem que omnia diuidantur in duodecim partes ⁊ in qualibet coopertura predicti aniſi vna ps deſuper cum manu pulueriſetur:⁊ in vltima vice pulueriſetur dyagredium cum maſtice ⁊ deſicca lento igne.

Aromaticum roſ ſtomaci confoꝛtatiuum. D.M.

Iſtud electuariū ſm preſentem deſcriptionē nō inuenit̃ preparatū nec habetur i vſu.

℞.roſ rubearum.℥.i.ſ.
ligni aloes
macis
gariofi.
trociſcoꝛum dyarodon
gallie muſcate añ.ʒ.ij.ſ.
liquiricie mūdate.ʒ.viij.
cinamomi electi.ʒ.iij.
galange
zinziberis
nucis muſcate añ.ʒ.ij.ſ.
beyl
ſpice nardi añ.ʒ.i.
ſir.roſ
ſir.coꝛticis citri añ.quod ſufficit
Et ſunt qui aromatizant cum ſexta parte ʒ.i.muſci.

Aromaticum roſ maius D.gabꝛielis q̄d ponit meſ

Iſtud eſt famoſū ⁊ efficax ⁊ precioſum electuarium q̄d generaliter et vbiq; preparatū reperitur ſm preſentem deſcriptionem

℞.roſ rub.ʒ.xv.
liquiricie raſ.ʒ.vij.
ligni aloes
ſandali macazir añ.ʒ.iij.
cinamomi electi.ʒ.v.
macis
gariofiloꝛum añ.ʒ.ij.ſ.
gummi arab
dragaganti añ.ʒ.ij.⁊.ij.partes alterius.
nucis muſcate
cardamomi maioꝛis
galange añ.ʒ.i.
ſpice nardi
ambꝛe griſie añ.℈.ij.
muſci.℈.i.
ſir.roſ quod ſufficit

Aromaticum roſ minus D.M.

Iſtud electuariū non eſt in vſu nec preparatum inuenitur.

℞.roſ rub.ʒ.x.
ligni aloes
ſandali muſcacelini añ.ʒ.ij
cinamomi electi.ʒ.iiij.
maſticis.ʒ.i.℈.i.
ambꝛe.℈.ij.
muſci.℈.i.
ſir.roſ quod ſufficit

Aromaticum muſcatum D.M.

Iſtud electuariū non eſt in vſu nec preparatum reperitur.

℞.ligni aloes.ʒ.vij.
darſeni.ʒ.x.

ambꝛe crude.ʒ.iij.
muſci boni ⁊ electi.℈.ij.
ſir.roſ quod ſufficit

Iſtud electuariuz generaliter eſt in vſu:ſed quia conforme eſt in virtutibus cū electuario roſ.D. gabꝛielis:ideo poſtponitur:nec ſic vbiqꝫ p̄paratum reperit̄.

Aromaticum gariofilatum
D.M.

℞.gariofi.ʒ.vij.
macis
zedoarie
galange
ſandali albi ⁊ rubei
macropiperis
trociſcoꝛum dyarodon
cinamomi
ligni aloes
ſpice inde
piperis longi
beyl añ.ʒ.ij.
roſarum.ʒ.iiij.
liquiricie raſe
gallie muſcate añ.ʒ.ij.
folij
cubebe añ.partes tres.ʒ.i.
ſir.coꝛticis citri quod ſufficit.
ambꝛe.ʒ.i.
muſci.℈.ſ.

Iſtud electuariuz non eſt in vſu:nec pꝛeparatū reperit̄

Aromaticum nardinum
D.M.

℞.ſpice inde.ʒ.ij.
roſarum.ʒ.iiij.
liquiricie.ʒ.ij.ſ.
gallie muſcate
cubebe
ligni aloes
macis
gariofiloꝛum
cinamomi
folij indi
aniſi
folioꝛum citri
trociſcis dyarodon añ.ʒ.i.ſ.
pignearum purgatarum
amigdalarum purgatarum añ.ʒ.v.
gummi arab.
dꝛagaganti añ.ʒ.ij.
muſci.℈.ſ.
Confice cum ſirupo roſato

Alipta muſcata
D.N.

℞.lapdani puriſſimi.ʒ.iij.
ſtoꝛacis calamite.ʒ.i.ſ.
ligni aloes.ʒ.ij.
ſtoꝛacis rub.ʒ.i.
ambꝛe.ʒ.i.
camphoꝛe.℈.ſ.
muſci.℈.ſ.
aque roſarum.q.ſ.

Alkermes
D.M.

℞.ſete intincte in kermes recenter lb.i. ſubmerge eam in ſucco pomoꝛum dulcium ⁊ aqua roſ añ.lb.i.ſ. Dimitte die vna.deinde fac modicum bulire vſqꝫquo aqua rubeat.deinde extrahe ſetam ab ea ⁊ expꝛime eam.Deinde pone in ea zuccari finiſſimi.ʒ. C.id libꝛam.i.ſ.vel circiter:⁊ coque vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinez.deinde remoue ab igne ⁊ pꝛoijce in eo calido ambꝛe crude minutim inciſe.ʒ.iiij.⁊ dimitte liquefieri ī eo deinde pꝛoijce deſuper puluerem harum ſpecierum.
℞.ligni aloes crudi
darſeni añ.ʒ.vi.
lapidis lazuli loti ⁊ pꝛeparati.ʒ.xij.
margaritarum non perfoꝛatarum.ʒ.ij.
auri boni.ʒ.i.
muſci boni.℈.i.
Confice.

Iſta cōfectio alio noīe ſolet appellari cōfectio de lapide lazuli q̄ non eſt vſualis:nec p̄parata reperitur. aliqui tn̄ ea magiſtraliter vtuntur.

Lapið lazuli.ʒ.xij hec eſt bona doſ p hac cōfectōe:⁊ textus eſt coꝛrectus Patet enī aliꝗ̄ anti hanc cōfectōem ꝙ tota ꝯfectio nō excedit lb.i.ſ.niſi in.ʒ.ij.vl' circa:ſꝫ dicit meſ ca. de lapide lazuli ꝙ ꝗdē ex ſapientibus poſuerūt ipſum poſt eius ablutōem in cōfectionibus leticie ⁊ ꝓpꝛie.ʒ.viij. ex eo ad lb.i.ex cōfectōe:⁊ ſic ī lb.i.ſ.debent poni.ʒ.xij.vt in ꝓpoſito.

Alfeſſera
D.M.

℞.rað.feſſere contrite ⁊ munde lb.ſ.
mellis paſſulati lb.iiij.
ſquille aſſate
pignearum mundatarum añ.ʒ.i.ſ.
nucis muſcate
coꝛdumeni
macis
zinziberis añ.ʒ.ij.
gariofiloꝛum
piperis longi añ.ʒ.i.ſ.
ſizeleos
ſaliſgemme
gallie muſcate añ.ʒ.i.
ſpice nardi.ʒ.ſ.
agarici electi.ʒ.iij.
ſticað arab.ʒ.iij.
Confice

Almezereon
D.M.

℞.folioꝛum mezereon partes.x.
carnium citonioꝛum elixatarum in aceto vini
zuccari finiſſimi añ.partes.lxxx.
teremabi partes.lx.
aque caſei infuſionis agarici partes.xxx.
olei almezereon partes.xij.
zuc. teremabin in aqua pꝛedicta caſei diſſoluantur ⁊ miſceantur cum carne citonioꝛum ⁊ decoquantur cum facilitate vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinem:⁊ inuoluatur puluis folioꝛum almezereon in oleo iam dicto:et confice cum eis.

Aliq̄ libꝛi habent folioꝝ almezereō pꝛeparatoꝝ. Et ſi ita ſit:pꝛeparētur hoc modo.Tēperent̄ folia mezereon in aceto die tota:poſtea exſiccentur.Frangit̄ eniz cū hac arte virtus eoꝝ feroſa ⁊ inflāmabilis:vt meſue ca.ꝓpꝛio auctoꝛitate dya. Credo tn̄ ꝙ nō dꝫ dicere pꝛeparatoꝝ:qꝛ tota hec cōfectio nihil aliud vult niſi pꝛeparatiōem folioꝝ mezereon:vt

Acetum ſquiliticum
D.M.

℞.laminas ſquille ⁊ ponantur in aceto a pꝛincipio veris vſqꝫ ad finem eſtatis in vaſe vitreato ſigillato expoſito ſoli.⁊ poſt ad

patet intuenti.

miniſtretur vbi opoꝛtet.

Aliud

D. eiuſdem.

℞. laminarum ſquille ⁊ pꝛopꝛie q̄ ſint me die inter coꝛpus ⁊ coꝛticem ipſius quantitatem quam volueris. Et ſue eas ſeparatim cum ſtillo lineo ⁊ pone ad omnem lb. eius aceti vini lb. viij. ⁊ pone in vaſe vitreato ſtricti oꝛificij ⁊ ſtringe caput eius: ⁊ dimitte in ſole per dies. lx. ⁊ poſt illud cola. Et ſi neceſſitas vꝛget feſtinare ſepeliatur vas in cinere calido vel arena calida cum ſucceſſione non repente: ſed pꝛopꝛie inter hoꝛā ⁊ hoꝛam.

Acetū ſquiliticuʒ antiquitus multū habebat̃ ī vſu: nec vero receſſit ſub hac confectione. Sed vtimur eo ī foꝛma ſirupi cum melle perfecte cocto. ⁊ tūc dicit̃ oximel ſquiliticū. de quo infra ī lr̃a O.

Acetū roſatū anthoſatum ⁊ ſambucinum

Fiunt per infuſionem roſarum floꝛum anthos ⁊ floꝛum ſambuci in aceto vini ⁊ dimittendo in ſole per dies. lx. in diebus canicularibus. Sed roſe debent eſſe non adhuc plene maturitatis a quibus cum foꝛpicibus pꝛimo debet ammoueri extremitas īferioꝛ que alba eſt.

Iſte diuerſe ſpēs aceti nō ſunt ī vſu medicinali. vulgo tm̄ vſuales ſunt.

Acetum paſſulatum. qd̄ deſcribit honoꝛandus magiſter Jo. mathei de gradi papieñ in quodam ſuo cō ſilio de lepꝛa.

Infunde paſſulas in aceto tante quantitatis vt cooperiri poſſit paſſule per diem. et poſtea bulliat duabus inundationibus ⁊ coletur ⁊ expꝛimatur acetum.

Iſta cōfectio raro venit in vſū medicine: niſi q2 ītrat ī cōfectōib9 vſualibus.

Aqua fructuum

D. M.

℞. pꝛunoꝛum damaſcenoꝛum numero. xl.
ſebeſtem
iuiubarum añ. ʒ. xxx.
tamarindoꝛum. ʒ. iiij.
caſſiefiſtule. ʒ. iij.
Coquantur in lb. iij. aque caſei vſqꝫ ad conſumptionem lb. i. ⁊ pꝛoijce in ea caſſiamfiſtulam a coꝛtice ſuo mundatā ⁊ tamarindos. ⁊ fricentur foꝛtiter manibus ⁊ vſui reſeruentur.

Aqua mellis pꝛimi modi

D. M.

℞. mellis boni ⁊ mundati partem. i. ponatur in vaſe lapideo aut vitreato ⁊ funde ſuper ipm̄ aque fontis dulcis ⁊ clare partes viij. Coque cum facilitate ⁊ auferatur ſpuma eius: ⁊ non dimittantur ſupꝛa ipm̄ multiplicari: imo q̄cito apparet auferatur. Deinde coletur colatoꝛio depꝛeſſo de panno. Et ſunt qui aromatiſant cuʒ ſpeciebus elephangine vt ſunt
zinziber
crocus
cinamomum
macis Et ſiſia. Alij vero aromatiſant cuʒ
galli a muſcata
ligno aloes Et ſimilibus

Iſta pꝛia eſt q̄ cōiter pꝛeparat̃ ⁊ q̄ ē vſualis: abſqꝫ tamē additiōe aliquoꝝ aromatū: niſi fiat expꝛeſſa mētio a medicis. Et licʒ cōiter coquat̃ vſqꝫ quo quarta vl' quinta pars ei9 ad ignē ꝯſumat̃. tm̄ apotecarius dꝫ ſemꝑ cōſulere medicū q̄ꝝtū velit eius decoctionem: q2 ſm̄ ꝙ plus aut minus decoquit̃ variat̃ ī effectu ⁊ operatiōibus ſuis.

Aque mellis ſc̄dī modi

D. eiuſdem meſ.

℞. mellis partem. i.
aque fontis clare partes. viij.
Diſtemperetur cū eis parum fermenti: ſcꝫ ad oēs lb. aque ⁊ mellis ſint eius. ʒ. iij. Et includant̃ in vaſe ligneo ſicut ponitur muſtū: ita ꝙ remaneat ex vaſe vacuū ſicut menſura digitoꝝ. Et illud ideo q2 patit̃ de ebulitione ſicut muſtū. Deinde poſt ebulitōem eius ſtrigatur oꝛificiū vaſis ſicut ſtringitur vas vini. Et bibatur poſt tres menſes: ⁊ ſi vis aromatizare ponantur in vaſe ſpecies elephangine poſite: ⁊ ligate in panno.

Aqua oꝛdei. D. auic. pꝛima quarti ca. de cura febꝛiū in generali.

℞. aque fontis clare ſatiriati. xx.
oꝛdei ſatiriati. i.
Coque vſqꝫ dum rubeſcat: ⁊ reducatur ad ſatiriati quinqꝫ.

Satiriati. xx. Hoc verbū ponit auic. nō ꝓ pōdere ſed exēplariter q̄ſi dicat ꝙ ſint aq partes. xx. ⁊ oꝛdei pars vna. Conſulat tm̄ apotecarius medicū cū particulariter aquā oꝛdei ꝓ egrotis diſpenſat an ipſam debeat colare an nō et q̄ꝝtū debeat decoq̄ q2 ſm̄ hoc variant̃ eius operationes

Acaſſia

D. Bul. in ſeruitoꝛe

¶ Accipe plantam pꝛunoꝛum ſilueſtrium cum fructu eius. ⁊ ponas ſuper eam aquaʒ paucam in vaſe ⁊ dimitte ſic diebus aliquibus. deinde coque ſuper igneʒ ⁊ cola. ⁊ colaturam illam coque ſuper ignem quouſqꝫ coagulentur. Deinde pꝛoijce in vaſ ſimilibus cocleis ⁊ dimitte ſiccari.

Amidon ex frumento

D. Bul. in ſeruitoꝛe.

¶ Accipe de frumēto bono ⁊ tere eum tritura groſſa: ſcilicet vt ſolum frangatur: et pone in vaſe terreo vitreato mundo: ⁊ pone ſuper eum aquam: ita ꝙ cooperiat ⁊ ſuperet duobus vel tribus digitis. ⁊ dimitte per noctem. In mane vero expꝛime cum manu bene quouſqꝫ deſcendat amillum totum. cola ⁊ pꝛoijce ſubſtantiam ⁊ dimitte aquam in olla quouſqꝫ deſcendat amillum in fundo olle: ⁊ aqua ſupernatet: tunc eijce aquam ſuauiter ita ꝙ nihil ex ea remaneat. ⁊ ſicca cum modico coto. Et fiat hoc in tempoꝛe eſtiuo ⁊ cito ſiccetur ne aſceſcat ⁊ deſtruatur. ⁊ cooperi ollam cū panno ſubtili: ita ꝙ nihil cadat intus poſtmodum. Et cum erit ſiccum repone ī vaſe ſtricti oꝛificij obturādo os vaſis ne aliquis vermiculus ingrediatur: vel aliquid aliud. Si autem fiat in hieme magis opoꝛtet cuſtodire ne aſceſcat: quare opoꝛtet vt fiat ingenium vt cito ſiccetur in ſole aut vento vel pꝛope ignem. Et ſm̄ hunc modum fit amillum ex riſo.

Iſtud eſt amidon vſuale: ⁊ qd̄ communiter repentur pꝛeparatum.

Amillum ex oꝛdeo

D. eiuſdem.

Iſtis ſequētibus modis amilli non vtimur: nec prepa rantur ab apoteca rijs.

Fiat ſicut amidum ex frumento: niſi ꝙ oportet ꝙ coletur colatorio dempſiori: quia multum habet de furfure. propter ſuā groſſiciem

Amidon ex orobo
D. eiuſdem.

¶ Accipe ex orobo quod habet pīguia grana propinquum ſue collectioni ⁊ quod eua ſit a perforatione: ⁊ tere ipſuꝫ tritura groſſa: ſcilicet frange ⁊ exſuffla ab eo corticeꝫ ita ꝙ non remaneat niſi caro eius. Et pone ſuper eum aquam ⁊ dimitte ſex horis ⁊ proijce aquam illam ter vel quater quouſqꝫ clarificetur aqua et remaneat corpus ſuum mundum ſine acumine ⁊ furfure: et tunc dimitte eum in aqua qua cooperiatur vna nocte. In mane vero malaxa cum manu donec diſſoluatur lac: ⁊ dimitte lac in vaſe quouſqꝫ aqua ſupernatet quam eijce ſuauiter. ⁊ expone ſoli donec exſiccetur.

Finis particule ſecunde.

Tertia particula ſecundi libri Incipit.

Expeditus in ſecunda particula de Rtis antidotorum quorum nomina incipiunt per A. Sequitur conſequenter in hac tercia particula deſcribere Rtas antidotoruꝫ quorum nomina incipiunt per B. que eſt littera immediate ſubſequens ad litteram A. in ordine minoris alphabeti. In hac autem particula erunt recepte ſequentes.

Benedicta. D. N.
Blanca. D. N.

Benedicta.
D. N.

Melius eſt dicere dyagredij. ʒ. ij. vt patet ex gloſa ſequente receptā

R. turbith electi
zuccare añ. ʒ. x.
dyagredij. ʒ. v.
hermodatilorum
roſarum añ. ʒ. v.
gariofilorum
ſpice nardi
zinziberis
croci
ſaxifrage
petroſelini
macropiperis
amomi
cardamomi
celini
ſparmatis
ſaliſgemme
galange
macis
carui
feniculi
agarici
ſeminis ſperagi
bruſci
granorum ſolis
mellis quod ſufficit

Gloſa notanda.

¶ Scdm actorem benedicta euacuat fleuma: ſed ex modo confectionis eius non videtur poſſe fieri: quia. ∋. i. dyagredij magis euacuat de colera ꝙ. ʒ. i. vel. ij. turbith de fleumate. Ex proportione ergo ſimpliciuꝫ que communiter hic ponuntur videtur ꝙ coleram euacuat magis ⁊ principaliter: ideo quidam moti hac ratione: vt refert plateārius ſuper iſto paſſu voluerunt ꝙ non debet poni dyagridium. Et Iacobus de partibus pariſieñ. in poſtilla ſua ſupermarginali huius Rte volens blandire ſcriptoribus magis ꝙ̄ intentioni actoris voluit ꝙ ſi intēdimus cum benedicta euacuare fleuma ꝙ debemus minuere dyagredium ⁊ alia augere que fleuma euacuant intantum ꝙ dominentur. ¶ Gentilis vero audacius loquens potius actori ꝙ̄ ſcriptori blandiens dicit in libello ſuo de proportionibus medicinarum ꝙ hec Rta vt iacet eſt falſa: ſed vbi ſcribitur dyagredij. ʒ. v. ꝙ debuit dicere. ʒ. ij. Et adhuc dicit ꝙ eſt nimis. Dicit enim ꝙ eſt inconueniens in medicina laxatiua in quarto gradu vt eſt iſta in lb. i. confectionis apponere. ʒ. i. dyagredij ⁊ inuehit contra apotecarios qui ita faciunt ī hac confectione. Et videtur velle ꝙ debet eſſe hic de dyagredio minus ꝙ̄. ʒ. ij. aut ſaltem ʒ. ij. pro tota confectione ſic ꝙ non operetur per virtutem eius propriam: ſed ſoluꝫ ſit ibi tanꝙ̄ ſtimulans virtutem aliorum laxatiuorum.

Blanca
D. N.

Blanca non eſt in vſu nec preparata inuenitur.

R. terebentine
oppoponaci
galbani
aſſe fetide
ſerapini
caſtorei
amoniaci
ſulphuris
bdellij
aſpalti
antimonij
ſtoracis liquide
carnis leonis

dyagridij
euforbij
agarici
interiorijs. colloquintide
elebori nigri
polipodij quercini
capſie
piretri
ſquinanti
pencedani
azari
radicis ciperi
pionie
bethonice
camedreos
polij
amomi
leuiſtici
ſeminis ruthe
ſanguinis drachonis añ. ʒ. i.
cinamomi
gariofilorum
macis
cardamomi
aniſi
maratri
balſami añ. ℈. i. ſ.
ambre grana. v.
mellis quod ſufficit

Finis particule tertie.

Quarta particula ſecundi libri Incipit.

Eſcriptis in precedenti particula antidotis quoꝝ nomina incipiunt per B. Sequitur ī hac quarta particula ſm prepoſitū ordinem deſcribere antidota quorum nomina per C. incipiunt. ¶ Erunt autem in hac particula ℞te ſequentes.

¶ Confectio de xiloaloe. D. M.
Confectio de muſco dulcis. D. M.
Confectio de muſco amara. D. M.
Confectio nere. D. N.
Confectio de ſeminibus. D. M.
Confectio anacardina. D. M.
Confectio de ſtorace. D. M.
Confectio hameth. D. M. Cuius due ponuntur ℞te.
Confectio de reubarbaro: cuius due ponūtur ℞te.
Confectio alſebran. D. M.
Confectio de eupatorio. D. M.
Confectio de mānā: cuius due ponūt ℞te
Conſerua ſecacul. D. M.
Conſerua baucie. D. M.
Conſerua acori. D. M.
Conſerua anthos. D. M.
Citra condita. D. M.
Citonia condita. D. M.
Cerotum galieñ. D. M.
Cerotum ſtomaticum galieñ. D. M.
Cerotum infrigidatiuum galieñ. D. M.
Cerotum ſandalinum. D. M.
Colirium album raſis.

Confectio de xiloaloe D. M.

Iſta confectio nō eſt in vſu nec preparata reperitur.

℞. ligni aloes crudi
roſarum añ. ʒ. viij.
gariofilorum
ſpice nardi
macis
nucis muſcate
gallie muſcate
cubebe
cardamomi
heyl
maſticis
cinamomi
radicis ciperi
ſquinanti
zedoarie
been albi ⁊ rubei
folij
ſete crude
margaritarum
corali rubei
carabe
foliorum citri ⁊ corticum eius
alphelengenuſch
ſanſucci
ſizimbri
mente ſicce
piperis longi
zinziberis añ. ʒ. iiij.
muſci boni. ℈. i.
ambre. ʒ. i. ſ.
Confice cum melle emblicorū ⁊ vino aromatico vel mina aromatica.

Confectio de muſco dulcis. D. M.

Iſtud electuariū generaliter habetur in vſu: ⁊ ſic p̄paratū reperitur.

℞. croci
doronici romani
zedoarij
ligni aloes
macis añ. ʒ. ij.
margaritarum albarum
ſete aduſte
carabe
corali albi ⁊ rubei
gallie
ozimi
citrorum añ. ʒ. ij. ſ.
been albi ⁊ rubei

folij cal. & sic. in 2°.
ſpice nardi cal. & sic. in 2°
gariofilorum añ.ʒ.i. cal. & sic. in 2°
zinziberis cal. & sic. in 2°
cubebe cal. & sic. in 2°
piperis longi añ.ʒ.i.ſ. cal. & sic. in 3°
muſci.ʒ.i.partis.ij. cal. & sic. in 2°
Confice cum melle crudo quod ſit quadruplum ponderis omnium. cal. & s. in 2°

Confectio de muſco amara. D.M.

Licet iſta cōfectio ſit pfectioris operationis ꝙ dulcis non tamen preparatur ꝑpter diſplicentiā in guſtu.

℞.abſinchij
roſarum añ.ʒ.iij.
aloes abluti.ʒ.iiij.
caſtorei
keyſim añ.ʒ.i.
cinamomi electi.ʒ.ij.ſ.
Adde predicte confectioni de muſco dulci

Confectio nere. D.N.

℞.ambre orientalis vel occidētalis.ʒ.i.
ligni aloes.ʒ.iij.
muſci.℈.ſ.
camphore grañ.v.

Hec confectio nō eſt viſualis: nec p̄parata reperitur.

Confice ſic. Sumatur caſſiola ad modum caſſie qua colatur ſirupus vel mel: non tamen perforata. et ibi ponatur ambra ſupra prunas & liqueſiat: & liquefacta ab igne deponatur. Et poſtea lignum aloes ſubtiliſſime pulueriſatum admiſceatur. Deinde addatur muſci & ad vltimum camphora. tamen vnaqueq; per ſe pulueriſata. poſtea diligenter malaxando cum manibus extrahatur: & ſuper corrigeam eneam extendatur. Et cum infrigidatum fuerit fruſtratim incidatur.

Confectio de ſeminibus D.M.

Hec confectio nō eſt in vſu: nec preparata reperitur.

℞.cimini
feniculi
carui
aniſi
dauci
ameos
amomi
apij añ.ʒ.vi. infuſorum die ac nocte in aceto & exſiccatorum.
cinamomi electi.ʒ.vi.
keyſim.ʒ.iij.
gariofilorum
cardamomi
ſpice añ.ʒ.iiij.
zinziberis
macropiperis
ſizeleos
galange añ.ʒ.v.
mellis deſpumati quod ſufficit
Et quandoq; ponitur duplum pōderis omnium de zuccara & fit ſuffuf.

Confectio anacardina. D.M.

Cōiter hec confectio non habetur in vſu propter eius exceſſiuā caliditatē. In aliq̄bus tñ botecis reperitur p̄parata. vſus tñ eius eſt piculoſus ante ſex mēſes vt malicia anacardorum reprimat ꝑpter fermentationem. Hec notat xp̄oforus geor. ſupra meſ. ſup hac confectione.

℞.piperis
macropiperis
mirabolanorum kebulorum
bellericorum
emblicorum
indorum
mundebeduſt añ.ʒ.ij.
coſti
anacardi
zuccare tabazed
burungi
baccarum lauri añ.ʒ.vi.
radicis cyperi
Tere anacardos per ſe. Deīde medicinas alias & confice cum butyro vaccino & melle equali quantitate prius bulitorū & da poſt ſex menſes.

Confectio de ſtorace. D.M.

℞.ſtoracis liquide
opij
ſeminis iuſquiami
azari
caſtorei
croci
mirre
olibani añ. partes equales
Mellis deſpumati quod ſufficit.

Confectio hameth. D.M.

Hec eſt deſcriptiō cōfectiōis hameth q̄ cōiter preparat & non preparatur ſm̄ deſcriptiōnem ſequentem.

℞.mirabolanorum citrinorum.ʒ.iiij.
kebulorum
indorum
reubarbari añ.ʒ.ij.
agarici
colloquintide
polipodij quercini añ.ʒ.xviij.
abſinchij
haſce
ſene añ.ʒ.i.
violarum.ʒ.i.ſ.
epithimi.ʒ.ij.
aniſi
roſarum añ.ʒ.vi.
ſucci fumiterre lb.i.
prunorum numero.lx.
paſſularum enucleatarum.ʒ.vi.
Infunde omnia in aqua caſei quantitate ſufficienti. Et ponantur in vaſe vitreo ſtricti orificij & obturetur os eius & dimittatur per dies quinq;. Deinde buliant bulitione vna. Deinde colentur: & in colatura diſſolue:
caſſiefiſtule munde.ʒ.iiij.
thamarindorum.ʒ.v.

Haſce hic non dꝫ tantū pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine: ſed aliquātulum groſſius vt ſit magis ſolutiuū ꝙ prouocatiuum.

teremabi.ʒ.ij.
Fricentur manibus ⁊ colentur: ⁊ proijce deſuper zuc.lb.i.ſ. ſcamonee.ʒ.ſ. Coque vſqꝫ dum mellis habeat ſpiſſitudinem. deinde pulueriſa ſuper illud mirabolanorum
citrinorum.
kebulorum
indorum an̄.ʒ.ſ.
bellericorum
emblicorum
reubarbari
ſeminis fumiterre an̄.ʒ.iij.
ſeminis aniſi
ſpice nardi an̄.ʒ.ij.

Hec cōfectio preparatur ſm̄ deſcriptionem priorem

Alia
D. eiuſdem

℞.mirabolanorum nigrorum
kebulorum
epithimi an̄.ʒ.l.
fumiterre
abſinchij an̄.ʒ.xx.
haſce
calamenti
polipodij quercini
agarici
liquiricie
bugloſſe an̄.ʒ.x.
ſticad arab
camedreos
camepiteos
bedegaris
ſeminis aniſi an̄.ʒ.v.
prunorum
iuiubarum
ſebeſten an̄.numero.lxx.
paſſularum enucleatarum lb.i.
Decoque in aqua ſufficienti vſqꝫ ad tertiā partem ⁊ pone in ea
rob lb.ij.
mellis lb.i.
ſcamonee.ʒ.ij.
Coque cum facilitate vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinem.

Haſce hic non debet tantum pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine: ſed aliquantulum groſſius vt ſit magis ſolutiuum ꝙ prouocatiuum.

Confectio de reubarbaro.
D.M.

Hec confectio nō eſt in vſu ſm quāqꝫ deſcriptionem.

℞.rauendeſeni
ſucci eupatorij
ſucci abſinchij ſiccorum an̄.ʒ.v.
fumiterre
ſpice nardi
aniſi
cimarum ſquinanti
ſeminis apij
azari
caſſielignee
amigdalarum amararum excorticatarum an̄.ʒ.ſ.
mirre

croci an̄.ʒ.i.
Confice cum melle deſpumato.

Confectio alia de reubarbaro. D.N.

℞.reubarbari.ʒ.iiij.
coſti amari
cinamomi
croci
ſpice nardi
caſſielignee
aniſi
apij
roſarum an̄.ʒ.i.ſ.
mellis vel zuccare quod ſufficit.

Confectio alſebran
D.M.

℞.alſebran boni ⁊ electi.ʒ.i.
mirabolanorum citrinorum.ʒ.ij.
Pulueriſentur ⁊ cribellentur: ⁊ deſuper ꝓijciatur ſucci feniculi quantum vis. quantitas tamen vt cooperiat eos: ⁊ pone in ſole diebus quinqꝫ ſemper modice innouando diſtillationem ſucci ſuper eos. Deinde dimitte ſiccari ⁊ pone in vaſe vitreo.

Alij libri habent alſebran ⁊ mirabol. an̄.ʒ.ij. ⁊ forte melius. Vide i ca. alſebrā meſ. in confectione pillularum alſebrā ꝙ ipſe ponit mirabolan̄ in equali pōdere cū alſebrā. ⁊ gētilis in ſuo libello de ꝓportionibus medicinaꝝ vult ꝙ correctiuū alicuꝰ laxatiui p ꝓprietatē dꝫ poni in cōfectione ī equali pōdere cū laxatiuo.

Confectio de eupatorio.
D.M.

℞.ſucci eupatorij
rauendeſeni an̄.ʒ.iiij.
croci.ʒ.ij.
lacce
ſeminis cuſcute an̄.ʒ.iij.
cymarum ſquinanti
ſeminis citruli
cucumeris
portulace
ſucci abſinchij an̄.ʒ.iij.
ſcamonee cocte in citonio.ʒ.ij.ſ.
Fiat omnium trituratio bona.

Confectio de manna.
D.M.

Iſta confectio eſt multum in vſu.

℞.manne lb.i.
Scamonee antiochene.ʒ.i. diſſoluatur mānna cum ſucco roſ rub. ⁊ ſit ſucci quantitas conueniens circiter lb.i. ⁊ coquantur cum facilitate. ⁊ cum habuerit decoctionem ſufficientē proijce ſuper illud maſticis.ʒ.iij. ⁊ reconde.

Scamonee dicit ʒ.i. falſo: ſꝫ dꝫ dicere.ʒ.ſ. Gētilis ad litteram in ſuo de proportionibꝰ medicinarum vbi declarat hanc confectionē. Et ſm hāc deſcriptionem cōmuniter preparat̄

Confectio alia de manna. D.M. quā ipſe appellat alſiracoſtum.

℞.ſyracoſt boni ⁊ recentis.ʒ.iiij.
thamarindorum keiyſon.ʒ.vi.
medule caſſiefiſtule.ʒ.iiij.
zuc.viol.ʒ.vi.
ſucci endiuie
ſucci apij
ſucci maloꝝ granatoꝝ dulcium ⁊ acetoſoꝝ
ſucci acetoſitatis citri an̄.ʒ.iiij.

Communiter non preparatur ſꝫ hāc deſcriptionem.

Diſſoluantur alſracoſt ⁊ thamarindi: ⁊ caſſiafi. ⁊ zuc. viol. in liquoribus predictis prius tamen depuratis. Deinde cola ⁊ munda a ſcophis. Deinde

℞. rad. endiuie
radicis apij an̄. ʒ. iij.
foliorum lupuli
capillorum ven̄. an̄. ʒ. ij.
prunorum ſiccorum numero. xx.
violarum. ʒ. i. ſ.
roſ. ʒ. i.
ſpice nardi. ʒ. iij.

Decoquantur hec omnia in tribus lb. aque fontis vſq̧ ad lb. i. ſ. ⁊ proijce in ea zucca. tabazed lb. iij. aceti boni lb. i. coque ebulitione vna. Deinde proijce ſuper illud colaturam priorem: ⁊ coque vſq̧ dū mellis ſpiſſitudinem habeat. vltimo vero proijce ibi

ſandali citrini
roſarum
carabe
ſpodij
berberis
ſeminis portulace
ſeminis acetoſe
quattuor ſeminum frigidorum an̄. ʒ. iij.
ligni aloes. ʒ. iiij.
cubebe. ʒ. v.
camphore. ʒ. i.

Repone in vaſe vitri

Conſerua ſecacul.
D. M.

Conſerua ſecacul non eſt in vſu nec preparata reperit̄.

Accipe rad. eius albas groſſas et teneras: ⁊ radatur cortex earum cinericius: ⁊ elixētur ⁊ mundētur a neruis interioribus ⁊ ſcīdantur in fruſtra ad mēſuram policis ⁊ ponantur in vacuitatibus arundinoſis fruſtra zinziberis humectati. Et recipiatur ad omne pondus eorum mellis pondera tria et zuc. pondus. i. Et poſtq̄ coctum fuerit cū facilitate proijciatur ſuper illud ſpecierum elephangine partes conuenientes.

Conſerua baucie.
D. M.

Fit ſicut conſerua ſecacul.

Conſerua acori.
D. M.

Fit ſicut conſerua ſecacul. addit̄ tamen ad oēm partem eius ſecacul bonis partis. ij.

Conſerua anthos.
D. M.

Fit ſicut conſerua violarum

Citra condia.
D. M.

Citra cōdita. Attende q̧ citra conuenientia ad condendū debent eē recētia ⁊ media matura. cuius maturitatis ſignum eſt ſubmerſio ſub aqua ⁊ debent eſſe eq̄lis ſupficiei ⁊ longa. Et debēt incidi ſꝫ lōgitudinē in q̄ttuor ptes ⁊ mūdari interi⁹ a carnibus Et meli⁹ tp̄s collectiōis ad hoc eſt cū ſol ingredit̄ capricornū: ⁊ meli⁹ qd̄ fit de eis eſt in ānovehemētis frigoris: qm̄ cū plus cōgelat̄ ſup ea aq̄

Accipe corticū citrorum mundatorū a carnibus ⁊ proprie magnorum ſicut vole manus quantitatem quam volueris ⁊ fundatur ſup eos lexiuij clari quantitas qua ſubmergātur. ⁊ mittatur ſuper eos vſq̧ ad nouem dies ſemel. Deīde poſt illud mittatur ſuper eos aqua clara donec dulceſcāt ⁊ abſcindatur amaritudo eorum. Et tunc elixētur in aqua fontis plurima in vaſe mundo vſq̧ dum tenereſcant. Deinde exprimantur vt fluat aquoſitas eorum. poſtea fundatur ſuper eos in vaſe lapideo iulep quātitas qua ſubmergantur. ⁊ ſic dimittātur per diem ⁊ noctem. Deinde coquantur cū facilitate vſq̧ ad modū pēnidiorum. tunc vero ſeparētur cortices citri a zuc. ⁊ recondātur in vaſe citreo ⁊ condiantur cum iulep roſato: cuius decoctio fit ſicut nabeth itaq̧ vna ſuperficies ſit laminarum citri ⁊ alia iulep. ⁊ da poſt menſem. ⁊ ſunt qui aromatiſant cum muſco ⁊ ambra.

eſt magis indurās ea ⁊ ſunt magis remanentia Auicē. quinto cañ. ca. de citris conditis.

Lexiuij clari loco huius infūdit eos Auicenna in aqua dulci clara ⁊ ſale groſſo.

Citonia condita
D. M.

Accipe citonia munda a putredine: ⁊ mundentur a cortice ſuo ⁊ granis interioribus: ⁊ incidantur in fruſtra conuenientia ⁊ coquantur cum iulep multe aquoſitatis. Et poſt diem vnum coquantur cum iulep qd̄ vicinum eſt perfecte decoctioni vſq̧ dum perficiatur in eis decoctio. deinde aromatiſentur cum muſco ⁊ ponant̄ in vaſe vitreato ⁊ ſepeliātur cum iulep in quo cocta fuerint. Et q̇dā condiunt cū ſpeciebus aromaticis: ⁊ q̇dam decoquunt cum melle.

Dicit auicenna q̧ debēt eſſe citonia magna ⁊ matura. Apotecarij tn̄ noſtri accipiunt citonia parua q̄ ſunt minus acetoſa. et relinquūt citonia magna: q̇a nimis ſunt acria propter magis complacere egrotis: vt notatū eſt ī libro primo huius cap. de ſuccis.

Cerotum galieñ.
D. N.

℞. mente
abſinchij
maiorane
ſticad. arab.
foliorum lauri
camomille
roſarum an̄. M. i.
cinamomi electi
ſpice nardi
nucis muſcate
gariofilorum
macis
cubebe
gallange an̄. ʒ. ſ.
thuris
maſticis an̄. ʒ. i.

Ex his omnibus fiat puluis ex quo cum lapidano ⁊ cera formentur magdaleones et malaxentur cum oleis.

camomille
laurino
ſpice
maſticis
roſarum an̄. quod ſufficit

Hoc cerotum nō eſt in vſu: aliqui tamē eo magiſtraliter vtuntur.

Cerotum Romanum
Galieñ. D. M.

Hoc cerotum eſt in vſu multum: ⁊ appellatur empla ſtruӡ pro ſtomaco

℞. roſarum rub. ӡ. xx.
foliorum abſinchij ſiccorum. ӡ. xv.
maſticis. ӡ. xx.
ſpice inde. ӡ. x.
Tere ſubtiliter ⁊ accipe
cere munde. ℥. iiij.
olei roſ lb. j. ſ.
Diſſolue ad ignē ⁊ lauentur lotionibus pluribus in aqua roſ. deinde iterū diſſoluātur ⁊ lauentur in vino veteri ⁊ ſucco citoniorꝫ ⁊ aceto pauco. deinde miſce cū puluere rerum predictarum. ⁊ fiat cerotum.

Cerotū infrigidatiuum
Galieñ ex D. M.

Hoc cerotum non eſt in vſu.

℞. cere albe. ℥. ij.
olei roſ. ℥. iiij.
Et ſit rad olei oleū conſtantinuӡ aq̄ clare fōtis. ⁊ propter q̄ ſit vehementis frigoris. q. ſ. Oleum bene lauetur lotionibus pluribus Et quanto magis elaborabitur in lauando illud fit excellentius. vltimo vero conquaſſetur cū aceto albo ⁊ claro pauco ⁊ ſeruet.

Cerotum ſandalinum
D. M.

Hoc cerotū ē multū in vſu apd nos ⁊ aliqui faciūt ſub forma ēplaſtri. aliqui ſub forma vnguēti. Sӡ videas q ſub forma vnguēti ponit nis de cera ⁊ ſub forma ēplaſtri nō ſatis ponit. Et fuit error ſcriptorꝫ: ſӡ tu potes corrigere p ea q̄ dicta ſūt prima pticula huiꝰ de mō conficiendi vnguēta ⁊ emplaſtra.

℞. roſ. ӡ. xij.
ſandalorum rub. ӡ. x.
ſandali albi ⁊ citrini añ. ӡ. vj.
boli armenici. ӡ. vij.
ſpodij. ӡ. iiij.
camphore. ӡ. ij.
cere albe. ӡ. xxx.
olei roſ. lb. j.
Confice. Et aliqui lauant oleū ⁊ ceram prius lento igne ſimul diſſolutis poſtea commiſcent cum alijs ⁊ eſt melius.

Collirium album quod
imponitur raſ.

Hoc collirium eſt multū vſuale penes apotecarios noſtros.

℞. ceruſe lote. ӡ. x.
amidi. ӡ. iiij.
gummi arab
dragagan añ. ӡ. ij.
camphore. ӡ. ſ.
Pulueriſanda pulueriſentur ⁊ diſſoluatur gummi in aqua roſ ⁊ formentur trociſci.

Finit particula quarta

Quinta particula ſecūdi libri Incipit.

Post deſcriptōem receptarꝫ antidotorꝫ quorꝫ noīa incipiūt p C. cōſequēter in hac pticula ſupereſt receptas deſcribere āti dotorꝫ q̄ incipiūt p D. Erūt aūt hac particula ℞te ſequētes

Dyagalange cuius due ponuntur ℞te.
Dyaniſon cuius due ponuntur ℞te
Dyacimīnū cuius due ponuntur ℞te
Dyanthos. D. N.
Dyacinamomum. D. M.
Dyambre. D. M.
Dyamargariton calidum. D. N.
Dyamargariton frigidum
Dyacorali
Dyacameron. D. N.
Dyarodon. D. cō i quod ponit meſue.
Dyarodon abbatis. D. N.
Dyarodon iulij. D. N.
Dyacoſtum: cuius due ponuntur ℞te
Dyacalamentū cuius due ponuntur ℞te.
Dyatrionpiperō: cuius due ponuntur ℞te
Dyapraſſium. D. N.
Dyaӡinӡibereos: cuius due ponunt ℞te
Dyayſopum. D. N.
Dyayris ſimplex. D. M.
Dyayris ſalomonis. D. N.
Dyapenidion. D. N.
Dyadragagantum calidum. D. M.
Dyadragagantum frigidum. D. N.
Dyamoron: cuius due ponuntur ℞te.
Dyanucum. D. M.
Dyacodium: cuius due ponuntur ℞te
Dyapapauer: cuius due ponuntur ℞te.
Dyaſulphur. D. M.
Dyamoruſion. D. M.
Dyacucurma maior. D. M.
Dyacucurma minor. D. M.
Dyalacca maior. D. M.
Dyalacca minor. D. M.
Dyacaparis. D. N.
Dyaſatyrion: cuius tres ponuntur ℞te
Dyaſparmaton. D. N.
Dyacintonitem: cuius quattuor ponuntur ℞te.
Dyamaſtix. D. N.
Dyaolibani. D. N.
Dyaprunis: cuius due ponuntur ℞te
Dyaciminum. D. M.
Dyaturbit. D. N. cum additione meſue
Dyacartami. D. arnaldi de villa noua
Dyaſene. D. N.
Dyacaſtoreum. D. N.
Dyaborraginatum. D. N.
Dyabugloſſatum: cuius due ponuntur ℞te

Dyagalange
D. M.

Hoc electuarium communiter reperitur preparatum ſm hanc deſcriptionem.

℞. gallange
ligni aloes
gariofilorum
macis
keyſim añ. ӡ. ij.
ӡinӡiberis
macropiperis
cinamomi
piperis albi añ. ӡ. i. ſ.

calamenti ſicci
mente ſicce an̄.ʒ.i.
beyl
ſpice nardi
ſeminis apij
feniculi
aniſi
carui an̄.ʒ.i.
calami aromatici.ʒ.i.ſ.
zuccare tabazed.ʒ.x.
mellis deſpumati quod ſufficit

Aliud
D.N.

Hoc electuarium communiter non pꝛeparatur ſm pꝛeſentem deſcriptionem: ſed ſm deſcriptionem meſue.

℞.oꝛigani
roꝛiſmarini
aniſi
ameos
gallange an̄.ʒ.iij.
ſene
mente
liquiricie
ſeminis baſilicon̄
ſaluie
caſſielignee an̄.ʒ.ſ.
auelanarum
pignearum an̄.ʒ.i.
folij
zinziberis
yſopi an̄.ʒ.ſ
croci.ʒ.ij.
ligni aloes
nucis muſcate
radicis cipери
ſpodij an̄.ʒ.ſ.
viol.ʒ.ij.
zuccari lb.viij.
ſir.quod ſufficit.

Dyamſon
D.M.

Non reperitur cō muniter pꝛeparatū ſm hanc deſcriptionem: nec ſm quācunqꝫ aliam.

℞.aniſi.ʒ.xx.
liquiricie
maſticis an̄.ʒ.viij.
carui
macis
gallange
feniculi
zinziberis
cinamomi an̄.ʒ.v.
trium piperum
calamenti
piretri
caſſielignee an̄.ʒ.ij.
beyl
gariofiloꝛum
cubebe
croci
ſpice nardi.an̄.ʒ.i.ſ.
zuccare.ʒ.ij.

mellis deſpumati quod ſufficit

Aliud
D.N.

Non reperitur cō muniter pꝛeparatum.

℞.aniſi.ʒ.xx.
liquiricie
maſticis an̄.ʒ.x.
cinamomi
gallange
zinziberis
carui
maratri an̄.ʒ.v.
caſſielignee
calamenti
piretri
piperis longi
piperis nigri an̄.ʒ.iij.
cardamomi
gariofiloꝛum
cubebe
ſpice nardi
croci an̄.ʒ.i.ſ.
mellis quod ſufficit

Dyaciminum
D.M.

Communiter pꝛeparatur hec confectio ſm deſcriptionem nicolai.

℞.cimini pꝛidie infuſi in aceto ⁊ exſiccati.ʒ.iiij.
haſce
zinziberis an̄.ʒ.iij.
piperis
cinamomi an̄.ʒ.ij.
ameos.ʒ.i.ſ.
foliorum ruthe ſiccoꝛum
baurach rubei an̄.ʒ.iiij.
Confice cum melle deſpumato.

Aliud
D.N.

Communiter pꝛeparatur ſm hanc deſcriptionem.

℞.cimini pꝛidie in aceto infuſi ⁊ exſiccati.ʒ.viij.℈.i.
darſeni
gariofiloꝛum an̄.ʒ.ij.ſ.
melanopiperis
zinziberis an̄.ʒ.ij.gran̄.v.
gallange
tymbꝛe
calamenti an̄.ʒ.i.℈.ij.
ameos
leuiſtici an̄.ʒ.i.gran̄.xviij.
macropiperis.ʒ.i.
ſpice nardi
cardamomi
nucis miriſtite an̄.℈.ij.ſ.
Confice cum melle quod ſufficit.

Dyanthos
D.N.

Hoc electuarium communiter non repertum pꝛeparatum: ſed floꝛes an

℞.floꝛum roꝛis marini.ʒ.i.
violarum
roſarum
liquiricie an̄.ʒ.vi.

thos cōiter condiuntur in modū cōditi alexandrini ⁊ talis conſerua eſt multum vſualis ⁊ vbiq̧ ꝓparata reperitur.

gariofilorum
ſpice nardi
nucis muſcate
gallange
cinamomi
zinziberis
zedoarie
macis
ligni aloes
cardamomi
aniſi
aneti an̄.℈.iiij.
mellis quod ſufficit

Hoc electuarium cōiter non reperitur preparatum. Quidam libri habent darſenici: et falſo quia darſeni eſt cinamomū. notetur ſimilis error ſcriptorum ſicut i acariſtō d̄ caſſiefi. Ibi eñ antiquitꝰ ſcribebatur darſeni ⁊ habebatur in gloſa:id eſt cinamomi ⁊ ignari ſcriptores vtrūq̧ ſcripſerunt:ſcꝫ ⁊ darſeni ⁊ cinamomi. ⁊ ita habet̄ i pluribꝰ libris qd̄ accidit ex errore ſcriptorum.

Dyacinamomi
D.M.

℞.cinamomi electi.ʒ.xv.
cimini
enule an̄.ʒ.iiij.
gallange.ʒ.vij.
gariofilorum
piperis longi
cardamomi
zinziberis
heyl
macis
nucis muſcate
ligni aloes an̄.ʒ.ij.
croci.ʒ.i.
zuc.tabazed.ʒ.v.
Confice cum melle deſpumato:⁊ quandoq̧ ponitur zuc.ad duplum ponderis medicinarum ⁊ fit ſuffuf.Et quidam addūt muſci.x.ꝑtis.ij.⁊ pulueriſant cū eo.

Hoc electuarium cōiter reperitur ꝓparatum.

Dyambre
D.M.

℞.cinamomi
doronici
gariofilorum
macis
nucis muſcate
folij
galange an̄.ʒ.iij.
ſpice nardi
cardamomi maioris ⁊ minoris an̄.ʒ.i.
zinziberis.ʒ.i.ſ.
ſandali citrini
ligni aloes
piperis longi an̄.ʒ.ij.
ambre.aur.i.
muſci.ʒ.ſ.
Confice cum ſirupo roſ ⁊ aqua roſ.

Hoc electuarium cōiter reperit̄ preparatum.

Dyamargariton calid.
D.N.

℞.gariofilorum
cinamomi
ſpice nardi
gallange
ligni aloes
liquiricie
trociſcorum dyarodon
trociſcorum dyaui.an̄.ʒ.i.ſ.
nucis muſcate
macis
alipte muſcate
zedoarie
reubarbari
ſtoracis calamite an̄.ʒ.i.
margaritarum integrarum ⁊ perforatarū
zinziberis
oſſis de corde cerui
raſure eboris
blacce bizancie an̄.ʒ.ſ.
muſci
ambre
cardamomi
leuiſtici
ſeminis baſilicon̄ an̄.℈.i.minus gra.ij.
camphore gra.vi.
mellis roſ quod ſufficit

Hoc electuarium cōiter reperit̄ preparatum a diuerſis tamen diuerſimode:⁊ pōt quilibet facere conuenienter ſuo modo

Dyamargariton frigidum.

℞.quattuor ſeminum frigidorum maiorū mundatorum
ſeminis portulace
ſeminis papaueris albi
ſandali albi ⁊ muſcacelini
ligni aloes
zinziberis
roſ rubearum
florum renufar
florum borraginis
mirtilorum an̄.ʒ.i.
corali albi ⁊ rubei an̄.ʒ.ſ.
margaritarum.ʒ.iij.
Miſce ſimul

Cōiter non reperitur preparatum

Dyacorali

℞.corali albi ⁊ rubei
cinamomi
amomi
ſeminis papaueris an̄.ʒ.iiij.
ſquinanti
croci an̄.ʒ.ij.
calami aromatici
xilobalſami
caſſielignee
folij
maſticis
polij montani
fu
azari an̄.ʒ.i.
Miſce ⁊ fac pulueres

Cōiter nō preparatur nec eſt vſualis.aliq̄ tñ hac confectione magiſtraliter vtuntur.

Dyacameron
D.N.

℞.anthofolij
zinziberis an̄.ʒ.v.℈.i.gra.xvi.
cinamomi
gariofilorum an̄.ʒ.iiij.℈.i.gra.xvi.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE LA FAC. DE MEDICINA

carnium dactilorum tantūdem
gallange
ſpice nardi
zedoarie
coſti
piretri
corali albi ⁊ rubei
dragagan̄
reu pontici
ſaliunce
anacardi
oſſium dattilorum
carpobalſami
aniſi
baccarum lauri
ſeminis iuniperi an̄.ʒ.i.℈.ij. gra.viij.
melāpiperis
leucopiperis
macropiperis an̄.ʒ.i.℈.ij.gra.viij.
limature auri ⁊ argenti
oſſis de corde cerui an̄.℈.ij.ſ.
raſure eboris
muſci an̄.℈.i.gra.vij.
ambre.℈.i.
mellis quod ſufficit.

Dyarod̄.D.cōi
quod ponit meſ.

In alio roſ.ʒ.xx. ⁊ credo ꝙ melius

℞.roſ rub.ʒ.xxx.
trociſcis dyarodon
trociſcis de ſpodio
liquiricie an̄.ʒ.iiij
gariofilorum
gallie muſcate an̄.ʒ.iij.
trium ſandalorum an̄.ʒ.iij.
ſpodij
croci
maſticis
ligni aloes an̄.ʒ.ij.
azari
ſpice inde
macis
cardamomi
ſeminum portulace
lactuce
ſcariole
ſeminum citruli
melonum
cucumeris
cucurbite
albarum margaritarum
elphelengenuſch
raſure eboris
dragagan̄
gummi arab.an̄.ʒ.i.
camphore.ʒ.ſ.
muſci.ʒ.i⁹ ſextam
Confice cum ſirupo roſ ⁊ aqua roſ.

Dyarodon abbatis.D.N.

℞.ſandali albi ⁊ rubei an̄.ʒ.ij.ſ.
dragagan̄
gummi arab
ſpodij an̄.℈.ij.
azari
maſticis
ſpice nardi
cardamomi
ſucci liquiricie
croci
xiloaloes
gariofilorum
gallie muſcate
aniſi
maratri
cinamomi
reub electi
ſeminis baſilicon̄
berberis
ſeminis ſcariole
ſeminis portulace
quattuor ſeminū frigidoꝝ maiorū an̄.ʒ.ſ.
margaritarum
oſſis de corde cerui an̄.℈.ſ.
zuccare candi
roſarum an̄.ʒ.i.⁊.ʒ.iij.
camphore gra.vij.
muſci gra.iij.ſ.
Et confice cum ſir.de aqua roſ facto.q.ſ.

Attēde circa has duas confectiōes ꝙ parū differunt i virtute ⁊ in cōponentib⁹. dyarodō tm̄ qđ cōiter preparatur eſt dyarodō abbatis: qđ deſcribit nicola⁹. Aliqui tm̄ magiſtraliter vtuntur D.meſue: ſuaui⁹ practice inherentes: vt faciebat thomas de guerbo aſſerēs ꝙ ita faciebat gentilis de fuligeneo.

Dyarodon iulij
D.N.

Cōiter non reperitur ſm hanc deſcriptionem.

℞.cinamomi
gariofilorum
antofolij
gallange
ſpice nardi
zinziberis
carnium dattilorum an̄.ʒ.iij.
ligni aloes
reubarbari
nucis miriſtice
macis
zedoarie
folij
ſtoracis calamite
gallie muſcate an̄.ʒ.ij.
piretri
radicis ciperi
coſti
yris
ſpice celtice
anacardi
dragagan̄
cardamomi
amomi
aniſi
ſeminis baſilicon̄ an̄.ʒ.i.ſ.
oſſis eleboris

oſſis de coꝛde cerui
oſſium dattiloꝛum
coꝛali
abꝛotani
tymbꝛe
yſopi
thimi
melanopiperis
macropiperis
ameos añ.ʒ.ij.
limature auri ⁊ argenti
ambarum margaritarum
iacincti
berilloꝛum
blacce bizancie
ambꝛe
muſci
balſami añ.ʒ.ſ.
mellis quod ſufficit

¶ Conſice ſic carnes dattiloꝛuꝫ mundatas a cruſtulis tenuibus. diutiſſime tere ⁊ cū ſtorace ī calido melle indeſinenter mouendo ſubijce. Cunqꝫ ad vnum coꝛpus ſubſtantiatum fuerit per rarum linteoluꝫ ſtudioſe cola. ⁊ totiens facias donec virtutes ſpecierum cum melle exſiccentur. Deinde pꝛoiectis ſcophis ſuccum ſerua. Margaritas vero iacinctos ⁊ berilos ⁊ coꝛalum in moꝛtario tere ⁊ ſepius cribꝛata in ſubtiliſſimum puluerem redige: ⁊ in ſufficienti rodoſtomate: id eſt aqua roſarum per totum diem ⁊ noctem reconde. ſequenti vero die inter leniſſima marmoꝛa tādiu frica donec nullus ſonus ex pulueribus audiatur. Deinde oſſa dattiloꝝ ignita in teſta figuli cum eburneo oſſe terantur donec in ſubtiliſſimū puluerem redigas. que ſic contrita ⁊ cribꝛata ſimul cum omnibus alijs ſpeciebus cū pꝛedicto dattiloꝛum ſucco ⁊ ſtoꝛace temperentur ⁊ miſceantur. Deinde margarite cū ſufficiente melle roſ. Sintqꝫ aurum ⁊ argentum ſubtiliſſime limata. ⁊ confectioni addantur. Ultimo vero ambꝛam ⁊ muſcum cum calido balſamo ſolutis ſuperfunde. et omnibus bene mixtis in vitreo vaſe recōde: ⁊ vſui reſerua.

Dyacoſtum
D.M.

Non eſt ī vſu nec pꝛeparatū reperitur: etiam ſm quācunqꝫ deſcriptionem.

℞.coſti amari
caſſielignee
cinamomi añ.ʒ.v.
ſeminis apij
aniſi
cymarum ſquinanti
rauendeſceni añ.ʒ.iij.
azari.ʒ.iiij.
croci
ariſtologie
mirre añ.ʒ.ij.
mellis quod ſufficit

Aliud
D.N.

℞.azari
aniſi
apij añ.ʒ.ij.℈.ij.
ſquinanti
mirre
melanopiperis añ.ʒ.ij.ſ.
reubarbari
croci
vtriuſqꝫ ariſtologie añ.ʒ.i.℈.ij.
coſti.ʒ.ij.
cinamomi electi
caſſielignee añ.ʒ.i.℈.ij.
mellis quod ſufficit

Dyacalamentum
D.M.

Hoc electuarium dicit meſ eſſe galieni: ſed nō reperitur vbi galieñ eū ſcripſit. Nō reperitur pꝛeparatum ſm pꝛeſentem deſcriptōem: ſed ſꝫ deſcriptōem nicolai multū eſt ī vſu

℞.Calamenti fluuialis ⁊ montani
ſizeleos
ſeminis petroſelini añ.ʒ.vi.
zinziberis.ʒ.iij.
ſeminis apij
extremitatum alhaſce añ.ʒ.ij.
keiſim.ʒ.vi.
piperis.ʒ.xij.
mellis quod ſufficit

Dyacalamentum
D.N.

Hoc electuarium cōiter diſpēſatur ſm pꝛeſentem deſcriptionem.

℞.calamenti
pulegij
melanopiperis
ſizeleos
petroſelini añ.ʒ.iij.℈.ij.
leuiſtici.ʒ.i.℈.i.
apij.℈.i.
ameos
thimi
aneti
aniſi
cinamomi
zinziberis añ.℈.ij.
mellis quod ſufficit

Dyatrion piperum
D.M.

Hoc electuarium ſm pꝛeſentem ſcriptōem cōiter eſt in vſu: ⁊ vbiqꝫ pꝛeparatum reperitur.

℞.trium piperum añ.aur.v.
zinziberis
haſce añ.aur.ij.
caſſielignee
ſeminis apij
ſizeleos
azari
enulle ſicce añ.aur.ſ.
Confice cum melle deſpumato

Aliud
D.N.

℞.ſpice nardi

amomi
melanopiperis
maratri an̄.ʒ.iiij.
zinziberis
yſopi
petroſelini
leucopiperis
macropiperis
aniſi an̄.ʒ.iij.
croci
caſſielignee
trociſcorum ydiocri
epithimi
enulle
bethonice
pigani
cinoni
ameos
ſizeleos
leuiſtici an̄.ʒ.i.
mellis quod ſufficit

Hoc electuarium raro habetur i vſu raruiſqꝫ inuenitur preparatum.

Dyaprassium
D. N.

℞.praſſij viridis.ʒ.v.
dragagan̄.
pignearum purgatarum
amigdalarum dulcium
piſtacearum
carnium dattilorum
ficuum pinguium
paſſularum enucleatarum an̄.ʒ.iij.ſ.
cinamomi
gariofilorum
nucis muſcate
macis
ligni aloes
gallange
ſpice nardi
zinziberis
zedoarie
liquiricie
reupontici
anacardi
ſtoracis calamite
galbani
terebentine
maſticis
mirre
yreos
ariſtologie rotunde
radicis caparis
genciane
melanopiperis
aniſi
feniculi
aneti
ſeminis apij
petromacedonici
ſaxifrage an̄.ʒ.ij.
hermodattilorum
origani
pancedani
ſquinanti
cardamomi
leucopiperis
carui
leuiſtici
vicetociſci an̄.ʒ.i.ſ.gra.ij.ſ.
balſamite
pulegij
diptami
coſti
piretri
ſaturegie
baſiliſcon̄
pionie
macropiperis
amomi
cinoni
orobi an̄.ʒ.i.gra.ij.⁊ tertiā partē alterius.
xilobalſami
caſſiefiſtule
corali
raſure eboris
carpobalſami
dauci cretici an̄.ʒ.i.ſ.
muſci
ambre
oſſis de corde cerui an̄.gra.xiiij.
mellis deſpumati quod ſufficit

Cinoni falſo: quia ſupra poſuit petromacedonici qđ eſt cinonum

Caſſiefiſtule.caſſieligñ melius: aut expone id eſt caſſielignee iuxta notatū in acariſto.

¶Confice ſic. in.iiij.lb. mellis deſpumati pone praſſij viridis aliquantulum contuſi.ʒ.v.ſ.⁊ pigneas recentes ⁊ mundatas. et adde.ʒ.iij.vini vetuſtiſſimi ⁊ optimi.⁊ bulliant inſimul lento igne ad vini conſumptionem.⁊ carice bene purgate intus ⁊ extra.⁊ datili mundati.ſimiliter ⁊ paſſule ſine granis ſuis.⁊ pignee ⁊ amigdale ⁊ piſtacee.omnia iſta ſint bene mundata ⁊ vnū quodqꝫ per ſe bene piſtetur.Et poſtea ſimul miſceantur in mortario:⁊ addatur ibi terebentina.Et omnia inſimul iterum piſtentur ⁊ cum ſupradicto melle calido ī eodem mortario paulatine poſito diſtemperentur.⁊ poſtea addantur pulueres aliaruꝫ ſpecierum ſupradictarum.

Attēde ꝙ notatꝰ dicitur praſſij viridis:q: maioris eſt efficacie ꝙ ſiccum īmo dicit platearius ꝙ adbuc ſi componeretꝰ hoc electuariū cum ſucco praſſij ꝙ eſſet melius:⁊ vbi caremꝰ ſucco āt praſſio viridi vult ꝙ tpe cōueniēti extrahatꝰ ſuccus praſſij.⁊ ꝙ exſiccetur cū puluere liqricie:⁊ ꝙ ide formentꝰ trociſci.⁊ cū his trociſcis ꝯficiatꝰ electuarium.dicit eñ ꝙ iſte succꝰ trociſcatus preualet puluere foliorūꝫ praſſi ſiccorum.

Dyazinziberis
D. N.

℞.zinziberis
gallange
gariofilorum
cinamomi
nucis muſcate
granorum paradiſi
piperis longi
macis

Hoc electuarium

non eſt in vſu: ſꝫ in quācūqꝫ deſcriptō nē. condit tm̄ zinziber ad modū conſerue. ⁊ talis conſerua multū ē vſualis. ⁊ vbiqꝫ p̄parata reperitur.

cardamomi
ſpice nardi
reubarbari
roſ rub. an̄. gra. xv.
pignearum mundatarum. ℥. ſ.
fiſticorum. ʒ. ij.
aniſi
maratri
liquiricie mundate
croci an̄. ʒ. ſ.
Fiat puluis

Hoc electuarium nō eſt in vſu. ⁊ vide qđ notatū eſt ī priori recepta.

Aliud
D. M.

℞. zuccari albi partes. viij.
mellis tabazeb partes. iiij.
zinziberis boni puluerisati puluerisatione vltima partes. iij.
aque infuſionis zinziberis quod ſufficit ad diſſoluendum zuccarum: ⁊ diſtemperetur cū melle ⁊ decoquatur donec ſufficiat. deinde proijciatur deſuper puluis zinziberis ⁊ agitentur ⁊ incorporentur cum eo ⁊ adminiſtrentur

Dyaysopum
D. N.

℞. yſopi
yris
thimi
melanopiperis an̄. ʒ. xxx.
pulegij regalis
thymbre
pigani
cimini an̄. ʒ. xx.
carnium dattillorum
dragagan̄
liquiricie
ficuum pinguium
paſſularum enucleatarum
maratri an̄. ʒ. x.
zinziberis
aniſi
carui
leuiſtici an̄. ʒ. v.
mellis quod ſufficit

Iſta duo electuaria ſcꝫ dyayris ſimplex ⁊ dyayris ſalomonis vbiqꝫ reperiuntur preparata: ſuntqꝫ vſualia multū.

Dyayris ſimplex

℞. yris. ℥. ſ.
zuc. candi
pulue. dyadragan̄ frigidi an̄. ʒ. ij.
miſce ⁊ fac pulueres.

Dyayris ſalomonis
D. N.

℞. yris. ℥. i.
pulegij
yſopi
liquiricie an̄. ʒ. vij.
dragagan̄
amigdalarum
pignearum
cinamomi
zinziberis
piperis an̄. ʒ. iij.
caricarum
carnium dattillorum
paſſularum enucleatarum an̄. ℥. ſ.
ſtoracis rub. ʒ. ij. ℈. i.
mellis quod ſufficit

Dyapenidion
D. N.

Dyapenidion non eſt in vſu: nec preparatum reperit.

℞. penidrum. ʒ. xvi. ſ.
pignearum
amigdalarum dulcium
amigdalarum amarum ambarum mund.
ſeminis papaueris an̄. ʒ. iij. ℈. i.
cinamomi
gariofilorum
zinziberis
ſucci liquiricie
dragagan̄
gummi arab.
amidi
candi
quattuor ſeminum frigidorum maiorū mūdatorum an̄. ʒ. i. ſ.
camphore tertiam partem. ℈. i.
ſirup. viol. quod ſufficit

¶ Confice ſic. in lb. i. aque buliant. ℥. iij. viol. donec aqua aliquantulum inficiatur. Et poſtea coletur: ⁊ colature addatur lb. i. zuc. ⁊ buliat donec incipiat inſpiſſari: ⁊ tunc addantur pignee amigdale ⁊ ſemina frigida cōia vnaqueqꝫ per ſe bene trita ſemp agitando cum ſpatula. Deinde addantur penidie ſubtiliter puluerisate ⁊ cum totum bene liquefactum fuerit illud groſſum qđ ſupernatauerit in caſſia colando in mortario iterum bene teratur ⁊ camphora bene agitando commiſceatur. Et ad vltimum pulueres predictarum ſpecierum cum ſupradicto ſirupo in mortario ſemper agitando moueantur, donec bene incorporentur.

Dyadragagantū calidum
D. M.

Hoc electuarium raro īuenitur preparatum. Sꝫ dyadragagantum frigidū ſepiſſime venit in vſum medicine: inueniturqꝫ vbiqꝫ ⁊ generaliter preparatum:

℞. gummi dragan̄. ℥. iiij.
yſopi
pignearum
amigdalarum dulcium ambarum purgatarum
ſeminis lini an̄. ʒ. vi.
ſeminis fenugreci
cinamomi an̄. ℥. ſ.
liquiricie ⁊ ſucci eius
zinziberis an̄. ʒ. ij.
Fiat puluis

Dyadragagan̄ frigid.
D. N.

Hic variatur ordo ſimplicium a pleriſqꝫ libris. numerus tm̄ ⁊ quātitas

℞. dragagan̄ albi. ℥. ij.
gummi arabici. ℥. i. ʒ. ij.

eſt eadem. Eſt aũt hec confectio multum viſualis ⁊ vbiq̃ꝫ preparata reperitur.

amidi.ʒ.ſ.
liquiricie.ʒ.ij.
penid.ʒ.iij.
quattuor ſeminum frigidorum maior mũdatorum añ.ʒ.ij.
camphore.℈.ſ.
Sirupi violati aut iulep violati qđ ſufficit

Dyamoron nõ p̃paratur ſm p̃ntẽ deſcriptionem: ſꝫ ſolum ſm deſcriptionem. N.

Dyamoron
D.M.

℞.expreſſionis mororum dulciuꝫ que currunt ſm ſemitam ficus ⁊ mororum de ſeni añ.lb.i.ſ.
rob
mellis añ.lb.i.

¶ Coque cũ facilitate vſq̃ꝫ ad mellis ſpiſſitudinem. Et ſunt qui faciunt medicamẽ illud ſimplex. Et ſunt qui addunt ſm neceſſitatem.

alluminis
mirre
croci
ſucci agreſte añ. partes equales

Dyamoron preparatur ſm p̃ntẽ deſcriptionem.

Aliud
D.N.

℞.ſucci mororum celſi lb.ſ.
ſucci mororum baſſi lb.i.
mellis lb.ſ.
ſape.ʒ.iij.

¶ Confice ſic. ſuccum cum melle ⁊ ſapa in vaſe eneo vel ſtagnato ad prunas leues ad perfectam decoctionem bulire deſine. Dũ autem ſcire volueris ſi coctum fuerit pone ex eo guttam vnã ſupra marmor ⁊ inclinato marmore ſi ſe vt mel retinuerit coctum eſt: cola ⁊ reſerua in vaſe ſtagnato.

Hec confectio nõ eſt in vſu: nec preparata reperitur: ſed ponuntur nuces in conſerua q̃ conſerua vulgo ẽ viſualis.

Dyanucum
D.M.

℞.ſucci exteriorum corticum nucum ĩ diebus canicularibus lb.iiij. coque ebulitione vna. Deĩde adde mellis lb.ij. ⁊ decoque donec impinguatur ⁊ fiat ſicut mel. Et his p̃dictis aliqui addunt
roſas
ballauſtias
Et interdum
crocum
mirram
Interdum vero
baurac
ſal armoniacum
Et ſimilia ſm diuerſas medicorum intentiones.

Hec cõfectio dicitur eſſe galieni: ſꝫ non reperitur vbi preparatur tñ ſm hanc deſcriptiõeꝫ ⁊ vbiq̃ꝫ repentur preparata. Xp̃oforus georgius.

Dyacodion
D.M.

¶ Accipe.x. capita papaueris albi in quibus ſit mediocritas inter paruitatem ⁊ magnitudinem: ⁊ inter humiditatem ⁊ exſiccationem. Et proijciatur ſuper ea aque ſextarium.i. ⁊ ſit aqua pluuialis. Et ſi papauera ſint humida pluſq̃ ſicca dimittantur per diem ⁊ noctem. Et ſi ſint ſicciora dimittantur plus. Tunc coquãtur donec due partes aque conſumantur: tunc cola ſuccum eius. Et tunc ſm diuerſas intentiones miſceꝫ: tunc ex rob quantitas que ſit medietas aq̃ ⁊ coquantur ſuper ignem ſine flamma: ⁊ fumo: ſcilicet cum prunis tantum non apponendo mel. Et quandoq̃ꝫ fit cum vtriſq̃ꝫ: ſcilicet cum melle ⁊ muſto. ¶ Propter vero alias intentiones quandoq̃ꝫ ad vtrãq̃ꝫ lb. ipſius proijciatur deſuper
acaſſie rubee
heyſiſtidos
croci
mirre
ballauſtie añ.ʒ.i.
ramich.ʒ.iij.

¶ Et alij ad hanc intentionem loco mellis ponunt penidias. Et alij ponunt zuccaram Et iterdum debet fieri ex papauere nigro Et ſint capita eius vſq̃ꝫ ad quinquaginta. Et quãdoq̃ꝫ requiriꝫ vt fiat ex albo ⁊ nigro Et ĩ his cauſis loco mellis debet poni zuc. aut penid.

Hec confectio nõ preparatur ſꝫ hãc deſcriptionẽ: ſed ſm deſcriptioneꝫ Meſue.

Aliud
D.N.

℞.capita papaueris non nimis viridia aut ſicca numero.xiij.
rob rubearum.ʒ.ij.ſ.
croci
acaſſie
liquiricie añ.ʒ.i.
boli armenici.ʒ.ſ.
cinamomi
ſimphiti
ypoquiſtid
ballauſtiarum añ.ʒ.ij.
mirtilorum.ʒ.i.
corali albi ⁊ rubei
ſumach
ſanguinis drachonis
ſeminis lactuce añ.℈.ij.
ſeminis portulace.ʒ.ſ.

Aliqui libri habẽt rorus ſiriaci ⁊ falſo: qr ros ſiriacus eſt ſumach: ſed dꝫ ſcribi in gloſa ſupra ly rorus ſiriaci id eſt ſumach.

¶ Confice ſic. capita papaueris in tantum aque pluuialis ponantur vt bene cooperiantur: ⁊ per tres dies ibi dimittantur. Et ĩ tali aqua buliant vſq̃ꝫ ad conſumptioneꝫ tertie partis. poſtea colentur. ⁊ in tali colatura apponatur lb.i.ſ. mellis mirtini: ⁊ in tali melle ſupradicte ſpecies miſceanꝫ pulueriſate.

Dyapapauer cõiter preparatur ſꝫ p̃ntem deſcriptionem: ⁊ eſt viſuale multum.

Dyapapauer
D.M.

℞.papaueris albi.ʒ.xxv.
amigdalarum dulcium excorticatarum
granorum pini excorticatorum.

gummi arab
dragagan̄
ſucci liquiricie an̄.ʒ.xx.
amili.ʒ.iiij.
ſeminis portulace
ſeminis lactuce
ſeminis citoniorum an̄.ʒ.iiij.
croci.ʒ.i.
penidrum albarum.ʒ.iiij.
Sirup.de papauere quod ſufficit.
Et ſit proprie ſirupus ex capitibus papaue
ris albi ⁊ nigri:⁊ ſemine lactuce.

Dyapapauer cōiter preparatur ſḃ priorem deſcriptionem q̄ eſt Meſ ⁊ non ſm hanc q̄ eſt nicolai.

Aliud
D.N.

℞.dragagan̄
ſucci liquiricie
gummi arabici an̄.ʒ.x.
papaueris albi
penidrum an̄.ʒ.xx.
amigdalarum dulcium mundatarum.ʒ.x.
amidi
ſeminis citoniorum
ſeminis portulace an̄.ʒ.v.
ſeminis lactuce
quattuor ſeminū frigidorum mundatorum
ſeminis malue an̄.ʒ.iij.
Fiat puluis.Et miſce cum ſirupo violato
vel ſapa.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec p̄paratū reperitur

Dyaſulphur
D.M.

℞.piperis albi ⁊ longi.an̄.ʒ.vi.
ſulphuris citrini
thuris
meu
iuſquiami albi
mirre
ſtoracis
cordumeni an̄.ʒ.viij.
ruthe
coſti an̄.ʒ.v.
opij
mandragore an̄.ʒ.iij.
croci.ʒ.ij.ſ.
caſſielignee.ʒ.vi.
Confice cum melle deſpumato.Et da poſt
ſex menſes.

Hec cōfectio non eſt in vſu:nec preparata reperitur.

Dyamoruſion
D.M.

℞.croci
rad acori an̄.ʒ.ij.
mirre.ʒ.iij.
baccarum lauri.ʒ.ij.ſ.
dauci
cinamomi
caſſielignee
cimini carmeni
carpobalſami
florum ſquinanti
ſeminis apij
aniſi
cordumeni
ſpice nardi
mente ſicce
marmacur
ameos an̄.ʒ.i.
Confice cum melle deſpumato

In alio addit triū piper an̄.ʒ.i.

Dyacucurma maior
D.M.

℞.croci
azari
petroſelini
dauci
aniſi
ſeminis apij an̄.ʒ.iiij.
rauendeſeni
meu
ſpice nardi an̄.ʒ.vi
coſti
mirre
caſſielignee
ſquinanti
carpobalſami
rub tinctorum
ſucci abſinthij
ſucci eupatorij
oppobalſami an̄.ʒ.ij.
calami aromatici
cinamomi an̄.ʒ.i.ſ.
ſcordeon
ſcolopendrie
ſucci liquiricie an̄.ʒ.ij.ſ.
dragagan̄.ʒ.i.
Confice cum melle deſpumato.

Hic azar dʒ tantū pulueriſari ꝙ repat ad vas vrine.

Hec confectio eſt illa q̄ vbiq; preparata reperitur ⁊ q̄ eſt multum vſualis ⁊ nō dyacucurma minor.

Dyacucurma minor
D.M.

℞.ſpice nardi
mirre
caſſie
croci
florum ſquinanti
coſti
cinamomi an̄.partes equales
Confice cum melle deſpumato

Hic ponat dragagantū citrinuʒ aut ſubruſum ⁊ nō album:⁊ dʒ p ſe pulueriſari:q: cū aliis nunq̄ pulueriſaretur

Hec cōfectio non eſt vſualis:nec p̄parata reperitur.

Dyalacca maior.
D.M.

℞.lacce ablute
rauendeſeni an̄.ʒ.iij.
ſpice aromatice
maſticis
ſeminis apij
ſquinanti
abſinthij
ſucci eupatorij
ameos
ſauine
amigdalarum amararum excorticatarum

Hec cōfectio non eſt vſualis:alicubi tamen preparata reperitur.

coſti
murre

Hic azarum debꝫ tantum pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine.

rubee tinctorum
feniculi
aniſi
azari

Alij libri habent ariſtologie longe: ⁊ credo ꝙ melius ⁊ vide i deſcriptione ſequenti: ita ſimiliter habetur.

ariſtologie
genciane
croci
cinamomi
yſopi ſicce
caſſielignee
cimarum ſquinanti

Et ponaꝺ hic bdellium iudaicū aut ſaltē bdelliū molle.

bdellij
mirre an̄.ʒ.i.ſ.
piperis
zinziberis an̄.ʒ.i.
Infunde mirram ⁊ bdelliū in vino ⁊ cetera tere conficiendo cum melle deſpumato.

Hec confectio nō eſt vſualis: nec p̄parata reperitur.

Dyalacca minor
D.M.
℞.lacce ablute
croci
coſti
florum ſquinanti
rubee tinctorum
ariſtologie longe
liquiricie
piperis an̄.ʒ.i.ſ.
rauendeſeni.ʒ.iij.
mirre
bdellij an̄.ʒ.i.

Hic dꝫ poni bdellium iudaicum aut bdellium molle.

Confice cum melle diſſoluendo mirram et bdellium modo ſupradicto in confectione precedenti.

Hec cōfectio non eſt in vſu: nec preparata reperitur.

Dyacaparis.
D.N.
℞.praſſij viridis
paſſularum enucleatarum an̄.ʒ.xxv.
croci
ſpice nardi
caſſielignee
cinamomi
caparis an̄.ʒ.i.
calami aromatici
ſquinanti
terebentine
bdellij an̄.ʒ.ij.ſ.
mirre.ʒ.iij.
mellis quod ſufficit
Gloſa notanda
¶ Nota circa modum confectionis huius electuarij qđ notatum eſt in electuario dyapraſſium de praſſio viridi de intentiōe platearij: q: ſimiliter hic cenſendum eſt.
Dyaſatyrion.
D.M.
℞.ſatyrionū q̄ abſcidunꝺ a patre ſuo lb.i.
Terantur ⁊ coquantur cum lacte ouino dulci in quantitate ſufficiēti ſuper prunas vſquequo cocti ſint ⁊ conſumptū ſit lac. ⁊ tūc infunde ſuper eos olei amigdalarum dulcium.ʒ.iij. Et agitentur ſicut conterendo cū ligno. Et poſtea funde ſuper totum ſirupū ſequentem.
℞.ſucci bugloſſe cocti ⁊ depurati a ſpuma continue lb.ij.
ſucci pomorum dulcium.ʒ.ij.
zuccari albi lb.iij.
Miſce agitando ad ignem cum predictis: vſqꝫ duꝫ fiat eius competens decoctio. Et deponatur ab igne ⁊ proijciatur deſuper
cinamomi electi.ʒ.v.
ligni aloes.ʒ.iij.
been albi ⁊ rubei an̄.ʒ.ij.
croci
ſandali citrini an̄.ʒ.i.ſ.
Confice ⁊ pone in vaſe vitreo
Gloſa notanda.
¶ Huius electuarij due ponuntur deſcriptiones. Quarum prima eſt maioris efficacie ⁊ virtutis corporibus conſumptis ⁊ exſiccatis ⁊ ptiſicis ⁊ ethicis ⁊ ſilib⁹ ſi abſqꝫ febre conſiſtant maxime talia corpora humectando. Et hec eſt illa que in caſu debet preparari: licet etiam iuuet ad coitum multiplicandum ⁊ ipſum incitet. Deſcriptō tamen ſequens eſt maioris potentie in faciendo virilis membri erectionem ⁊ appetitum ad coitum incitandum ⁊ multiplicandum ⁊ ſemen ſpermaticum augendum. Et in iſto caſu confectio ſecunda eſt illa q̄ magis habetur in vſu: ⁊ que inuenitur preparata. ¶ Attende circa cōfectiones vtraſqꝫ ꝙ ambe deſcriptiones nomen accipiunt a radice cuiuſdam herbe: que vulgari nomine teſticulus vulpis apellatur. ¶ Intitulauit enim has confectiones meſue in littera confectiones teſticulorum vulpis. Et alio nomine ſolet hec herba: aut ſaltem radices eius vocari ſatyrion: propter hoc qđ faciunt ad erectionem virge. Satyriaſis enim grece: nimia erectio virge dicitur.
¶ Attende ſecundo ꝙ ſatyrion: loquendo de radice eius dicit interfector patris ſui eo ꝙ poſterior radix occidit priorem: ita ꝙ remanet viridis ⁊ prior exſiccatur. Debent ergo accipi radices virides: ⁊ abſcindi a patre ſuo mortuo: id eſt a radicibus ſiccis. et hoc eſt ꝙ dicit meſ in textu recepte. Dicitur etiam in recepta ꝙ tales radices debēt teri ⁊ decoqui cum lacte ouino. ¶ Attende ꝙ omne lac ſuperat in humiditate pluſqꝫ i frigiditate: ideo omne lac conuenit ethicis ⁊ conſumptis. Diuerſificatur tamen lac ſꝫ diuerſitatem ſpecierum animalium a quib⁹

emulgitur. non tamen ꝙ exeat extra lati-
tudinem dicte complexionis: niſi extra vbe
ra diu moꝛam contrahat ⁊ inde acetoſita-
tem acquirat ex qua efficiatur frigidius cū
ſiccitate quadam. in quo caſu non ſic confe
ret pꝛopoſito. Debet ergo eſſe lac recenter
mulctum. Inter autem omnia genera la-
ctis: lac quod magis eſt pꝛopoſito conueni
ens eſt lac muliebꝛe: quia magis humane
nature eſt confoꝛme. Et etiam quia eſt me
dium inter omnia genera lactis plus ap-
pꝛopinquans temperamento complexiōis
Et poſt ipſum melius eſt lac capꝛinū. Lac
vero vaccinum aut ouinum de frigitate ⁊ hu
miditate minus participant. ⁊ ideo minus
videntur conferre pꝛopoſito: licet expꝛi-
matur in recepta de lacte ouino. Lac vero
aſininum frigidius eſt ⁊ humidius omni a-
lio lacte: ideo licet quibuſdam alijs pꝛedi-
ctis pꝛopter hanc cauſam magis videatur
conferre pꝛopoſito: quia tamen minus eſt
nature humane confoꝛme: ideo inter alia
minus eligatur: cum non ſic currat pꝛopꝛie
tas inter ipſum ⁊ naturam humanam. Di-
citur etiam in recepta ꝙ ponatur zuc. albi.
Pꝛo quo attende ꝙ vbi deberet dari ptiſi-
cis ⁊ conſumptis ad magis infrigidandum
⁊ humectandum hoc eſſet conueniens. vbi
tamen deberet dari ad pꝛouocandum coitū
eſſet conuenientius apponere zuc. rub. qd
dicitur mel canne quod eſt calidius. ¶ Et
attende ſpecialiter circa quācunq; zucca-
ram: ꝙ non apponas zuccaram antiquam:
ſed debet eſſe recens anni illius: quia ſic
eſt humide complexionis verſus pꝛimum
gradum: ſed cum antiquatur gradum pꝛi-
mum ſiccitatis acquirit: et eius humidi-
tas exſiccatur. ¶ Attende vlterius ꝙ licet
hoc electuarium pꝛopter zuccaram quod
ibi ponitur ad foꝛmam confectionis ſolide
poſſit reduci tamen pꝛeparatur communi
ter ſub foꝛma electuarij: quam appellant
apotecarij noſtri foꝛmam opiate: quia ſic
melius conſeruatur pꝛopter ſuccos ⁊ lac
que ibi ingrediuntur: etiam ſic efficacius o-
peratur.

Gloſa notanda circa ſecundā
deſcriptionem.

¶ Circa modum confectionis ſecunde de-
ſcriptionis attende: quia ibi dicitur ꝙ ſeca
cul debet elixari in aqua cicerum quoꝛum
pꝛima aqua fuerit abiecta ꝙ cicera debent
eſſe recentia ⁊ non antiqua nec ſiccata: q̄a
ſic acquirerent gradum ſiccitatis conſum-
pta eoꝛum humiditate. Debent ergo eſſe
recentia dum ſunt in foliculo ſuo ad matu
ritatem attingentia. nam ſic humida ab a-
ctoꝛibus dicuntur: ⁊ debent multum deco
qui vt talis humiditas ſit multum ventoſa
⁊ inflatiua: ⁊ cum hoc poꝛtatiua virtutum
aliarum medicinarum ad genitalia mem-
bꝛa. Nam ſi parum decoquantur ſola vir-
tus eoꝛum nitroſa ⁊ abſterſiua que in ſu-
perficie eſt: in aquam diffunditur. per cu-
ius abſterſionem ⁊ nitroſitatem pꝛohibe-
tur ventoſitas ⁊ inflatio generari. immo
voluit actoꝛ iſte ꝙ abijciatur pꝛima aqua v-
bi infuſa eſt nitroſitas abſterſiua eoꝛum: et
decoquatur ſecundo: vt virtus ventoſa et
inflatiua in hanc ſecundam aquam ſola dif-
fundatur: nihil de nitroſitate participans
per quam pꝛohibeatur ventus et inflatio
generari.

Aliud
D. euiſdem

Nota circa hāc cō-
fectionem p mo-
do cōfectionis hu
ius illa que nota-
ta ſunt in fine glo
ſe pcedētis Rte.

℞. ſecacul albi et mundi et elixati in aqua
cicerum: quoꝛum pꝛima aqua fuerit abie-
cta lb. i.
teſticuloꝛum vulpis. ℥. viij.
radicis rafani. ℨ. iij.
luf plani. ℥. ij.
Terantur ⁊ infundanꝭ ſuper ea lactis vac
cini aut ouini quantitas que ſuperemineat
rad duobus digitis.
olei ſizamini
butiri recentis an̄. ℥. iij.
Coquantur cum facilitate vſq; ad ſpiſſitu-
dinem. Et ſi adhuc radices non bene cocte
ſint: fundatur ſuper eas et lacte butiro et
oleo ſizamino vſq; pfecte cocte ſint. Poſt
hoc infunde ſuper hoc totum mellis deſpu
mati lb. iij.
ſucci cepe humide lb. i.
Coque omnia ſimul ad perfectam decocti
onem: ⁊ tunc depone ab igne ⁊ pꝛoijce de-
ſuper puluerem harum ſpecierum
caudarum ſtinci cum renibus
⁊ ſumen. ℨ. viij.
ſeminis eruce
zinziberis
been albi ⁊ rubei
lingue auis
ſeminis naſturcij
cinamomi
piperis longi
baucie
ſinapis
ſeminis ſperagi an̄. ℨ. iiij.
Confice cum eis. vltimo vero ponatur in
medicamine.
pignearum mundatarum lb. i. ſ.
fiſticoꝛum mundatoꝛum. ℥. x.
cerebelloꝛum paſſerum. ℥. ij.
Confice omnia bene ⁊ aromatiſa cum. ℨ. i.
muſci boni.

Aliud. D. N.

℞.teſticuloꝝ viridium ſatyꝛionum.
baucie
nucis indice
pignearum purgatarum
piſtacearum
ſecacul añ.ʒ.xij.
gariofiloꝛum
zinziberis
aniſi
eruce
lingue auis añ.ʒ.v.
cinamomi
caudarum ſtincoꝛum recentium
ſeminis bulbi añ.ʒ.ij.ſ.
muſci grana.v.

¶ Confice ſic.in tantum mellis deſpumati quod ſufficit ponantur teſticuli ſatyꝛionū ⁊ baucia ⁊ ſecacul vnumquodqꝫ per ſe pꝛius bene tritum.Et ſimiliter vnumquodqꝫ in ſupꝛadicto melle mittatur: ⁊ cum ſpatula bene miſceatur ⁊ buliant aliquantulū Deinde addantur pignee ⁊ piſtacee bene trite.Et cum aliquantulum bulire voluerint deponantur ab igne ⁊ pulueres pꝛedictarum ſpecierum ibi commiſcendo adiungantur.Ad vltimum vero muſcus cum aq̄ roſ apponatur.⁊ ſic vſui reſeruetur.

Dyaſpermatum
D.N.

℞.leucopiperis.ʒ.xi.
zinziberis.ʒ.iij.
carui
leuiſtici añ.ʒ.vi.
petromacedonici
amomi
feniculi añ.ʒ.ij.
mellis quod ſufficit

Gloſa notanda.

¶ Hoc electuarium non eſt ĩ vſu:nec pꝛeparatum reperitur.In diuerſis tamen libꝛis diuerſimode ſcribitur:ſed poteſt quilibet facere ſuo modo.

Dyacitonitem
D.M.

Hoc electuarium non eſt in vſu ſm pñtem deſcriptionem:ſed bene eſt in vſu ſm deſcriptionem poſitam a nicolao.

℞.carnium citonioꝝ coctarū in vino lb.iij.
mellis deſpumati tantundem
Decoque cum facilitate.⁊ poſtq̄ fuerit coctum pꝛoijce ſuper ipm
cinamomi
gariofiloꝛum
cardamomi añ.ʒ.i.
darſeni.ʒ.iij.
zinziberis
piperis longi
macis añ.ʒ.iij.

¶ Et quandoqꝫ vꝛget neceſſitas vt decoquantur citonia in aceto.Et quandoqꝫ miſcetur eis tertia pars eius aut media ⁊ quandoqꝫ permiſcetur eis ſucci granatoꝛum acetoſoꝛum medietas ponderis eoꝛum.Et quandoqꝫ fit cum ſpeciebus.Et quandoqꝫ cum puluere iſtoꝛum
ſpodij
berberis
ſeminis acetoſe
trium ſandaloꝛum
roſ rubearum añ.partes equales

Et quandoqꝫ ponunt alia ſm diuerſas medicoꝝ intentiones.Et quidam aromatiſāt cū muſco ⁊ camphoꝛa aut altero eoꝝ tantū Et qñqꝫ fit cū zuc.Et qñqꝫ cum melle.

Aliud.D.eiuſdem.qđ fit cū ſuccis citonioꝝ ⁊ cū ſpeciebus

℞.ſucci citonioꝛum
mellis deſpumati añ.lb.iij.
aceti puri ⁊ boni lb.ij.
Coquantur cum facilitate ⁊ continuo auferatur ſpuma eius.Et cum mellis ſpiſſitudinem habuerit:pulueriſa ſuper ipm
piperis longi
zinziberis
cinamomi añ.ʒ.i.
gariofiloꝛum
ligni aloes añ.ʒ.ſ.
muſci.ʒ.iꝰ tertiam
Et quandoqꝫ fit ſine ſpeciebus.Et quādoqꝫ fit cum zuc.⁊ quandoqꝫ cum melle.

Dyacintonitē aliud laxatiuum
D.eiuſdem.

Hoc electuarium nō eſt ĩ vſu:nec p̄paratur.

℞.ſucci citonioꝛum lb.iij.
mellis tabazed lb.ij.
ſcamonee.ʒ.i.ſ.
gallie
gariofiloꝛum
maſticis
zinziberis
piperis longi
cinamomi
nucis muſcate añ.ʒ.iij.
Confice
Et interdū ꝓpter aliam intentionē ponūt
ſcamonee.ʒ.v.
turbith.ʒ.xij.
Et interdum abiecta ſcamonea ponuntur
medule cartami.ʒ.v.
turbith.ʒ.i.
Et interdum loco pꝛedictoꝝ ponuntur
eleboꝛus niger
epithimus aut
polipodium
ſm diuerſas medicoꝛum intentiones.
Et interdum fit hoc medicamen cum melle.Interdum cum zuccara.Interdum cum ſucco citonioꝛum.Interdum cum carnibꝰ.⁊ interdum cum vtriſqꝫ ſimul.

Aliud.D.N.

℞. carnium citoniorum a cortice exteriori mundatorum ⁊ in aqua elixatorum lb.iij.
mellis deſpumati lb.iiij.

¶ Supradicta citonia fortiter in mortario terantur ⁊ cum ſupradicto melle in caldario ſupra ignem ponantur cum ſpatula ſēper agitando donec incipiant inſpiſſari. Et ſi volueris ſcire quando coctum fuerit ponantur in paraſpide plena aqua. ⁊ ſi non inuiſcatur vt colligi valeat coctum eſt. Et tūc ab igne deponatur. Et puluis harum ſpecierum cum ſpatula ſemper agitando ſuperaſpergatur

cinamomi.ʒ.i.ſ.
zinziberis.ʒ.i.
piperis
gallange an̄.ʒ.ſ.
gariofilorum
nucis muſcate an̄.ʒ.iij.
ſpice nardi
ligni aloes
macis
cardamomi an̄.ʒ.ij.
zedoarie.ʒ.i.

¶ Super marmor infuſa aqua roſ cum aliquantulo muſci diſtemperata ſuperaſpergantur carnes citoniorum cum ſupradictis ſpeciebus ſic adinuicem mixtis. Et cum infrigidatum fuerit cū cultello fruſtratim incidantur. ⁊ ſi laxatiuum facere volueris ī vnaquaq; lb. ponatur ſcamonee bene trite ʒ.ſ. tamen dum calidū fuerit, anteq̄ ſupra marmor ponatur ⁊ anteq̄ ex caldario extrahatur.

Gloſa notanda.

¶ Communiter dyacintonitem non laxatiuum preparatur ſm hanc deſcriptionē: et non ſm deſcriptionem meſue. Et interdū preparatur cum zuc. interdum cum melle. interdum cum ſpeciebus. interdū ſine ſpeciebus.

Dyamaſticis non eſt in vſu: nec preparatum reperit.

Dyamaſticis.
D.N.

℞. cimini
gariofilorum
ſpice nardi
cardamomi
carpobalſami
xilobalſami
zinziberis
piperis albi
macropiperis
azari
gallange
caſſie lignee
calami aromatici
nucis muſcate
ciperi
mirtilorum
macis an̄.ʒ.i.
maſticis.ʒ.i.
mellis quod ſufficit

Hoc electuarium nō eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

Dyaolibani
D.N.

℞. caſtorei
opij
iuſquiami an̄.ʒ.iiij.
caſſie lignee.ʒ.ij.℈.ij.
folij
croci
thuris maſculini an̄.ʒ.ij.
reupontici
amomi an̄.ʒ.i.℈.ij.
mirre.ʒ.i.ſ.
ſpice nardi
piretri
euforbij
leucopiperis an̄.℈.ij.ſ
pionie
ſtoracis
macropiperis an̄.ʒ.i.℈.iiij.
mellis quod ſufficit

Hoc electuarium non eſt in vſu: nec preparatū reperit

Dyaprun̄.
D.M.

℞. carniū prunorū oblongorū ⁊ muſorū accedentiū ad dulcedinē ⁊ elixatorū in aqua ī qua portulace fuerint elixate lb.ij.
zuccari albi lb.ij.
aque viol. lb.i.
Coque cum facilitate vſq; ad ſpiſſitudinē ⁊ reconde in vaſe vitreo.

Hoc electuarium cōiter preparatur ſm p̄ntem deſcriptionem. Et preparatur laxatiuū ⁊ non laxatiuum.

Aliud. D.N.

℞. prunorū damaſcenorū viridiū numero.c. Ponantur in vaſe ſtagnato ⁊ cū tanto aque qua bene cooperiantur ⁊ buliant donec diſſolui videant. Et tunc ab igne deponātur. Cumq; tepefacta fuerint aliquantulum ab aqua extrahantur: ⁊ in cribro ſuper cathino poſito tādiu pruna manibus fricētur vt nihil remaneat preter oſſa ⁊ cortices. Et in aqua vbi pruna cocta fuerint ponatur.ʒ.ſ. violarum. ⁊ iterum bulire permittantur. ⁊ fiat ſirupus cum lb.ij. zuccare. in quo ſirupo ponatur lb.i. pulpe talis prunorum: et ad ſpiſſitudinem coquantur. ⁊ incipiēte inſpiſſari ponatur caſſie fi. munde cum predicta aqua.ʒ.i. thamarindorum in predicta aqua ſimiliter prius diſſolutorum ⁊ colatorum p caſſiam.ʒ.i.

¶ Memento tū q; in predicta aqua prunorū buliat.ʒ.ſ. violarū: vt dictum eſt. Et coquantur ad perfectionem ſemper ⁊ indeſinenter agitando cū ſpatula. Cumq; ad perfectionē decoctionis deuenerit depone ab igne ⁊ ſemp cum ſpatula mouendo puluerē harum ſpecierum deſuper aſperge

ſandali albi ⁊ rubei
ſpodij
reubarbari an̄.ʒ.iij.
roſarum
violarum
ſeminis portulace
ſeminis ſcariole
berberis
ſucci liquiricie
dragagan̄ an̄.ʒ.ij.
quattuor ſeminum frigidorum mundato-
rum an̄.ʒ.i.
¶ Si vero laxatiuum facere volueris: ad-
de in vnaquaqꝫ lb. cum ab igne deponitur
ſcamonee.℥.ſ.

Dyaſinicon
D.M.

℞.dactilorum keyſon infuſorum in aceto
tribus diebus ac noctibus partes.C.
penidrum ſabati partes.l.
amigdalarum mundatarum partes.xxx.
turbith partes.xxxv.
ſcamonee partes.xij.
zinziberis
piperis longi
foliorum ruthe ſiccorum
cinamomi
macis
ligni aloes
aniſi
feniculi
dauci
gallange an̄.partes.ij.ſ.
Fiat omnium trituratio bona ⁊ conficiatur
cum melle deſpumato.

Gloſa notanda.

¶ Vide ꝙ in qualibet.℥.huius confectōis
ponuntur de ſcamonea gra.xx.ſcꝫ.℈.i.
¶ Hec confectio eſt multum vſualis: ⁊ vbi
qꝫ preparata reperitur. Scribitur etiam a
Meſue in capitulo de turbith. auctoritate
Johannicij.
¶ Circa hanc confectionem notat ſauana-
rola ꝙ in ea debent poni dactili immaturi q̇
viſcoſi ſunt ⁊ quorum viſcoſitas facit par-
tes ſubtiles ſolutiuorū ingredientiū eius
compoſitionem membris nutritiuis adhe
rere adeo: vt non poſſint ad remotas ptes
extendi: ⁊ ideo dyaſinicon cōfert in colica.

Dyaturbith.D.N.

℞.zinziberis.ʒ.v.
turbith albi ⁊ gummoſi.ʒ.x.
zuccari.ʒ.xv.

Gloſa notanda.

¶ Hec confectio vbiqꝫ preparata reperitur
vtimur tamen magis dyaſinicon que potius
deberet dici dyaturbith qm̄ intrantia plus
fleumati ꝙ colere ſūt appropriata etiā me
lius corrigitur. Ad hanc tm̄ cōfectionē adde
rōne ſcamonee de maſtice. ⁊ ſic quo ad oīa
que in turbith ſunt corrigenda corrigetur.
Et licet a diuerſis diuerſificetur quantitas
ſimplicium: ſic tm̄ illum doſauit meſue ca. de
turbith de intentione goſar.

Dyacartami.D.arnauldi
de villa noua

℞.pulue.dyadragagan̄ frigidi.℥.ſ.
carnium citoniorum.℥.i.
medule cartami.ʒ.iiij.
zinziberis albi.ʒ.ij.
dyagridij.ʒ.iij.
turbith albi.ʒ.vi.
manne granate.ʒ.ij.
mellis roſ colati.℥.i.
zuccare.℥.viij.
hermodatilorum.ʒ.iiij.
Fiat electuarium addendo
zuccare quod ſufficit.
¶ Hoc electuarium raro inuenitur prepa-
ratum ſm eandem deſcriptionē penes di
uerſos apotecarios. Reuerendus tamē ma
giſter robertus de leone turonenſis medi-
cus volebat vt ita prepararetur in boteca
fratris ſui. Attende ꝙ vbi deberet in pul-
uere propinari conuenienter ponerentur.℥.
viij. zuc. vt voluit ℞ta. Si vero debeat cō
ſeruari tantum conſeruetur puluis ſine zuc.
ne liquefiat zuccara: ſed tempore propina
tionis addatur zuc. Et vbi deberet confici
in forma electuarij: tunc debent remoueri
ille.℥.viij. zuccare que ponuntur in recepta
quia pro modo conficiendi eius additur de
zuc. ſufficienter. Verumetiam plus ꝙ opor
tet pro correctione ſimplicium. Et qd̄ ibi
notatur intelligendum eſt ſimiliter de om-
ni confectione: vbi in ℞ta ponitur zuccara
pro correctione ſimplicium.

Dyaſene.D.N.

Dyaſene ſm quā-
cūqꝫ ℞taꝝ nō re-
peritur preparatū

℞.ſene.℥.iij.
auelanas aſſatas numero.l.
ſerici combuſti.ʒ.ij.
lapidis armenici.ʒ.i. loti cū facilitate p.xxx
vices cū aqua clara fontis: ⁊ p.ix. vices cū
aqua roſaꝝ vel bugloſſe. Sed re vera me-
lius eſt loco lapid̄ armenici ponere lapidē
lazulum eodēmodo preparatū: qꝛ teſte ra-
by moyſes nemo nouit lapidē armenū. hō
rū lotiorū tales approbat alexander.
zuccare.℥.v.

Aliud.D.eiuſdem

℞.ligni aloes
gariofilorum
gallange
nucis muſcate
folij
macis

cinamomi an̄.ʒ.ij.
lapidis lazuli
lapidis armenici an̄.ʒ.ij.ſ.
ſene in duplo predictorum
croci.ʒ.i.
ſerici crudi ⁊ combuſti an̄.℈.ij.
raſure eboris
ſpodij
anacardi
oſſis de corde cerui
blacce bizancie an̄.ʒ.ij.
hermodactilorum.ʒ.i.
mirre
genciane
baccarum lauri
elebori nigri an̄.ʒ.ij.
auellanarum combuſtarum.xv. numero
ambre.℈.ij.
Quidam addunt pro leproſis carnium ſerpentum.ʒ.ij.

Dyacaſtoreum nō eſt in vſu: nec preparatum reperiť.

Dyacaſtoreum
D.N.
℞.caſtorei
mirabolanorum citrinorum an̄.ʒ.iij.
minus gra.i.ſ.
aloes.ʒ.i.ſ.minus gra.i.
folij
antimonij
piretri
liquiricie
dragagan̄
calami aromatici
nitri
galbani
ſpice nardi
ſquinanti
oppoponaci
caſſie lignee
trium piperum
xilobalſami
carpobalſami
coloquintide
ſerapini
reuponticí
ſtoracis calamite
zinziberis
cinamomi an̄.ʒ.i.gra.ij.
aſſe fetide
mirre
euforbij an̄.ʒ.i.gra.xvij.
ſtaphiſagrie
dauci
maratri
petroſelini
apij
ſileris montani
dafnocoti
petrolei
cinoni
ſtoracis rubee
ſanguinis drachonis
cardamomi
thuris maioris ⁊ minoris
agarici
maſticis
ſalis armoniaci
zedoarie
aniſi an̄.℈.i.gra.ij.
ſaturegie
yſopi
camedreos
pulegij regalis
origani
balſamite
ozimi
rad̄ brance vrſine
diptami
ſeminis ruthe
vtriuſq; ariſtologie
mabathematicon
aaron
azari
ſaluie
roſarum
bdellij an̄.gra.xvij.
epythimi
polipod̄ quercini
oppobalſami an̄.gra.xiiij.
olimpiados
caparis an̄.gra.xi.
pencedami
abſinthij an̄.gra.vij.
anacardi
ſauine
genciane
corticis rad̄ mandragore an̄.gra.xi.
yreos gra.iij.⁊ tertiam partem gra.i.
mellis quod ſufficit

Hoc electuarium non eſt in vſu: nec preparatū reperiť. Ad ipm tn̄ conficiēdū deberet addi zuc.⁊ miſceri ⁊ ſirupari cū dictis ſuccis ⁊ poſtea additis ſpeciebus, debet confici.

Dyaborraginatum.
D.N.
℞.auelanas aſſatas ⁊ tritas.xx.
ſerici combuſti.ʒ.ſ.
zinziberis.ʒ.i.
gariofilorum
nucis muſcate
cardamomi
ſpice nardi an̄.ʒ.ij.
lapidis armenici
lapidis lazuli an̄.ʒ.ij.
ſucci borraginis
ſucci eupatorij an̄.quod ſufficit

Hoc electuarium nō eſt ī vſu: nec p̄paratū repiť: etiā ſm̄ aliquā harum deſcriptionum.

Dyabugloſſatum
D.N.
℞.pului.dyadragagan̄ frigidi.ʒ.ſ.
carnium citoniorum.ʒ.i.
medule cartami.ʒ.iij.

ziʒimberis albi.ʒ.ij.
dyagredij.ʒ.iij.
turbith albi.ʒ.vi.
manne granate.ʒ.ij.
hermodattillorum.ʒ.iiij.
mellis roſ colati.ʒ.i.
zuccare.ʒ.viij
Fiat electuarium

Aliud
D.M.

Hoc electuarium non eſt meſue ꝗcquid dicat titulus eius: ⁊ non eſt in vſu: nec preparatum reperitur.

℞.bugloſſe
mente ſicce
florum roſ
corticis citri
foliorum citri an̄.ʒ.iij.
alfelengenuſch.ʒ.i.ſ.
ſete crude inciſe
nucis muſcate
zedoarie
gallange
been albi ⁊ rubei
ſandali citrini
croci an̄.ʒ.i.ſ.
ligni aloes.ʒ.ij.
vini ⁊ aque an̄.lb.vi.
mellis lb.viij.
Aromatizetur cum
muſci.ʒ.i.
gallie.ʒ.ij.

Finit particula quinta

Sexta particula ſecundi libri Incipit.

Superest in hac ſexta particula determinare de antidotis quorum nomina incipiunt per E.q̄ eſt littera immediate ſequens ad litteram D.in ordine minoris alphabeti Erunt autem in hac particula ℞te ſequentes.

Eſdra magna.D.N.
Electuarium dyaſinicon.D.M.
Electuarium pliris arcoticum.D.N.
Electuarium de aromatibus.D.M.
Electuarium de gemmis.D.M.
Electuarium ſarbotheng.D.M.
Electuarium leticie galieni.D.N.
Electuarium reſumptiuum ſiue ad reſtaurandum humiditatem.D.N.
Electuarium catholicon.D.N.
Electuarium de granis mirti.D.M.
Electuarium de ſucco roſ cuius due ponū tur ℞te.
Electuarium de pſilio: cuius due ponuntur ℞te.
Electuarium de citro.D.M.
Electuariū alarif: cuius due ponunt̄ ℞te.
Electuarium indum maius.D.M.
Electuarium indum minus.D.M.
Electuarium eleſcoph.D.M.
Electuarium confortatiuum ſtomaci: cuius due ponuntur ℞te.
Electuarium de fructibus.D.M.
Emblici conditi ex.D.M.
Electuarium dulce: cuius quattuor ponuntur ℞te.
Electuarium contra peſtem
Emplaſtrum de muſcilaginibus.
Emplaſtrum dyaquilon cōmune: cuius due ponuntur ℞te.
Emplaſtrum dyaquilon magnum.D.M.
Emplaſtrum dyaquilon paruum.D.M.
Emplaſtrum pro ſtomaco.D.M.
Emplaſtrum de granis lauri.D.M.
Emplaſtrū de gallia: cu⁹ due ponunt̄ ℞te
Emplaſtrum de xiloaloe.D.M.
Emplaſtrum relatum ad andromacum: cuius due ponuntur ℞te.
Emplaſtrum de ſinapi.D.M.
Emplaſtrum de fermento: cuius tres ponuntur ℞te.
Emplaſtrum ad duriciem iuncturarum: et eſt raſis quod ſimiliter ſcribit Meſue.
Emplaſtrum dyaſinicon: cuius due ponuntur ℞te.
Emplaſtrum de aleis.D.M.
Emplaſtrum relatū ad aderiſtratō.D.M.
Emplaſtrum oribaſij: quod ponit M.
Emplaſtrum de melliloto.D.M.
Emplaſtrum apoſtolicon.D.N.
Emplaſtrum ceroneum.D.N.
Emplaſtrum oxizocroceum.D.N.
Emplaſtrum de ianua.D.N.
Emplaſtrum gratia dei.D.N.
Emplaſtrum contra rupturam.D.N.
Emplaſtrum diuinum.D.N.

Eſdra magna
D.N.

℞.alipte muſcate
mirre
foliorum ruthe
zuccare
ſeminis apij
camedreos
fenugreci an̄.ʒ.i.℈.i.gra.i.
raſure eboris
pigami
ſeminis liliſagi
golene
ballauſtiarum an̄.ʒ.i.gra.vij.ſ.⁊ parū plus
gariofilorum
cinamomi
xiloaloes
ſpice nardi

Hec cōfectio nō eſt vſualis: nec p̄parata reperitur. Et h̄ alludēdo cōfectiōeȝ ſic loquit̄ pla. Notādū dicit ꝙ magr̄ cepho et magr̄ io.de platea ī h̄ erāt gemelli.⁊ ad cetera oīa pene diſcordes ꝙ eſdra modicā vel nullā hȝ efficaciā: q: cū infinite ſpēs ī ea recipiant̄ in eius doſi de tot numero vnū fere nihil poteſt operari.

zedoarie
lacce
roſarum
caparis
pulegij regalis
abrotani
melanopiperis
petroſelini
oſſium dattillorum an̄.℈.ij.ſ.gra.iiij.
gallange
zinziberis
croci ortenſis
anacardi
lithodeo͂nis
mandragore
radicis acori
radicis pionie

Dic thimus dꝫ tm̄ pulueriſari ꝙ repat ad vias urine ⁊ efficiatur magis prouocatiuum ꝙ̄ ſolutiuum.

thimi
yſopi
roris ſyriaci
baſilicon̄
dauci cretici
ſeminis feniculi
ſeminis altee
oſſium oliuarum
vini veteris optimi an̄.ʒ.ſ.℈.ſ.gra.i.
balſami
croci orientalis
folij
gallie muſcate
coſti amari
calami aromatici

Credo ꝙ debet dicere caſſieligñ propter cauſam dictā in acariſto.

caſſiefiſtule
mirabolanorum
nardi
celtice
xilobalſami
dragagan̄
corali albi ⁊ rubei
confite rub̄
caſtorei

Dic pone bdelliū indaicum: vel ſaltez bdelliū molle.

bdellij
oppoponaci
galbani
aſpalti
terebentine
maſticis
tyriace adriani
ſplenis pultri
ventris merguli
reupontici
ariſtologie longe

Azarum debet tātum pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine: ⁊ ſit magis ꝓuocatiuum ꝙ̄ ſolutiuum.

azari
hermodatilorum
meu
yreos
piretri
pencedani

genciane
epithimi
violarum
arthemeſie
chimolee
foliorum citri
laureole
mente
malabaſtri
quinqꝫ folij
carpobalſami
aniſi
amomi
cimini
miconis
ſeminis ozimiꝰ minuti
platocimini
ſeminis ruthe ortenſis
baccarum lauri
ſanguinis drachonis
lapidis magnetis
lapidis agapis
oſſis de corde cerui
muſcelini
petrolei an̄.℈.i.⁊ tertiam partem alterius
camphore
ambre
ambarum margaritarum
blacce bizancie
florum ſambuci
ſtoracis calamite
ſerapini
ſulphuris viui
armoniaci
anthimonij
acaſſie
bethonice
cabalini marini
ypoquiſtid̄
macis
licij
ſquinanti
herbe ſyriace
florum oleandri
fu
marubij
ſulphurate
abſinchij
alixandrini
euforbij
cardami
ſeminis aneti
amei
gith
leuiſtici
ſeminis citri
piperis albi
piperis longi

nigelle
vſiſur
corticis nere
mabathematicon
aque vitis añ.℈.ſ.gra.ij.
litargiri auri
amidi
opij thebaici
raď iunci
calamenti
iuſquiami añ.gra.vij.
mellis quod ſufficit.

Electuarium pliris arcoticum.D.N.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec preparatū repenī Si quis tñ eū vellet cõficere magiſtraliter: lignū aloes ambra muſcus ⁊ cãphora:vnūqď q̃ eorꝫ p ſe debet pulueriſari:⁊ reliqua ſimul. ⁊ tunc cum ſirupo roſato cocto ad pfectõez fiat electuariū. aliqui tñ non ponūt camphoram:ppter delicatos:q: inducit horribilẽ ſaporem:ſed loco eius i ſirupo roſ ponūt de ſadalis albis ⁊ rubeis.Pla.

℞.cinamomi
gariofilorum
ligni aloes
gallange
ſpice
nucis muſcate
zinziberis
ſpodij
ſquinanti
cyperi
roſarum
violarum añ.ʒ.i.gra.xv.
folij
liquiricie
maſticis
ſtoracis
ſanſucci
balſamite
baſiliconis
cardamomi
macropiperis
mirtilorum
corticis citri añ.℈.ij.gra.v.
gemmarum: id eſt margaritarum albarum ⁊ ſplendidarum
been albi ⁊ rubei
corali
ſerici combuſti añ.℈.i.gra.ij.ſ.
muſci gra.vij.ſ.
camphore gra.v.
ſir.roſ quod ſufficit

Electuarium de aromatibus D.M.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec preparatū repenī

℞.ligni aloes crudi
roſ añ.aur.xij.
gallie muſcate
macis
doronici
piperis longi
nucis muſcate
mente ſicce
ſpice
caſſielignee
maſticis
gariofilorum
cinamomi
azari añ.aur.iij.
calami aromatici aur.iiij.
cardamomi maioris ⁊ minoris
trium ſandalorum
reubarbari
cubebe
coſti
zinziberis
ſeminis feniculi
keyſim
aniſi añ.aur.ij.
zuccare.ʒ.vi.
niue aromatice.ʒ.xij.
mellis deſpumati quod ſufficit

Hic azarum debꝫ tantum pulueriſari q̃ repat ad vias vrine:⁊ ſit magis prouocatiuum q̃ ſolutiuum.

Electuarium de gemmis D.M.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec preparatū repenī

℞.margaritarum albarum.ʒ.iij.
fragmentorum
iacincti
ſardinis
granatorum
feruzegi añ.ʒ.i.ſ.
zedoarie
doronici
corticis citri
macis
ſeminis alphelengenuſch añ.ʒ.ij.
co[illegible] rubei
karabe
limature eboris añ.ʒ.i.partis.ij.
been albi ⁊ rubei
gariofilorum
zinziberis
piperis longi
ſpice
folij
croci
heyl añ.ʒ.i.
trociſcorum dyaroď
ligni aloes añ.ʒ.v.
cinamomi
gallange
zizumber añ.ʒ.i.ſ.
foliorum auri ⁊ argenti añ.aur.ſ.
muſci boni.ʒ.ſ.
ambre.ʒ.ij.
Confice cum melle emblicorum ⁊ colatura gelemabin de roſ.i.conſerue roſ partibus equalibus q̃tum ſufficit

Quidã libri habẽt ſmaragdorꝫ ⁊ feruzegi:ſed falſo:ſed debet ſcribi feruzegi:id ẽ ſmaragdorū:q: feruzegi idẽ eſt q̃ ſmaragdus.

Electuarium ſarbotheng D.hamet filij zacarie qď dicitur electuarium letificans.⁊ illud ponit meſ.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec p̄paratū repenī.

℞.roſ
ligni aloes añ.ʒ.vi.
macis

nucis muſcate
gallie muſcate
cardamomi
heyl an̄.ʒ.ij.
cinamomi
croci an̄.ʒ.ij.ſ.
ciperi.ʒ.ij.
gariofilorum
ſpice nardi
maſticis
azari an̄.ʒ.iiij.
Fiat omnium trituratio bona.⁊ confice cū melle emblicorum.⁊ aromatiſa cum muſca.ʒ.i⁹ quarta.

Azarum debet tā tum pulueriſari q̄ repat ad vias vrine:⁊ ſit magis prouocatiuum q̄ ſolutiuum.

Electuarium leticie galieni.D.N.

℞.ſucci pomorum dulcium ⁊ odoriferorū
ſucci citoniorum
vini veteris
ſucci borraginis
florum baſiliconis
croci
zedoarie
xilobalſami
gariofilorum
corticis citri
gallange
macis
nucis muſcate
ſtoracis calamite an̄.ʒ.v.
camphore
ambre
muſci an̄.ʒ.i.
aniſi
raſure eboris
thimi
epythimi an̄.ʒ.ij.
margaritarum perforatarum.ʒ.i.
oſſis de corde cerui.ʒ.i.
auri puri
argenti meri
zuccare quod ſufficit

Succus borraginis deb; accipi de floribus:q: ſic eſt magis cordialis.

Hoc electuarium non eſt multum i vſu:interdū tn̄ in aliquibus botecis p̄paratū reperitur

Electuariū reſumptiuū ſiue ad reſtaurandū humiditatē. D.N.

℞.roſ
liquiricie
zuccare an̄.ʒ.ij.⁊ gra.v.
gummi arabici
dragagan̄ an̄.ʒ.ij.℈.ij.
ſandali albi ⁊ rubei an̄.ʒ.i.℈.i.
papaueris albi.ʒ.iij.
ſucci liquiricie
amidi
ſeminis portulace
ſeminis lactuce
ſeminis ſacriole an̄.ʒ.iij.
gariofilorum
ſpodij an̄.ʒ.i.
cinamomi.ʒ.i.
zinziberis
ſtoracis calamite an̄.ʒ.ij.
croci gra.v.
penidrum.ʒ.ſ.
ſeminis citruli
melonum
cucumeris
cucurbite an̄.ʒ.iij.
ſeminis citoniorum.℈.ij.
amigdalarum
pignearum
berberis an̄.ʒ.ij.
ſeminis malue
ſeminis coti
violarum
ſebeſten
menuſſa.an̄.ʒ.ij.
Confice cum ſirupo violato vel ſirupo decoctionis gummi arab ⁊ dragagan̄ ⁊ roſ.

Electuariū catholicon qđ dicit̄ eſſe nicolai:deſcribitur tamē a galieno in antidotario minori.

Hoc electuarium eſt in vſu multum ⁊ vbiq; preparatū reperitur.

Sene d; mundari a folijs magnis ⁊ ſtipitibus folio₂ q: ſtipites nullius ſunt vtilitatis:vt meſue ca. de ſene

℞.ſene bene mundati
caſſiefiſtule munde
thamarindorum an̄.ʒ.viij.
reubarbari
violarum
polipodij
aniſi an̄.ʒ.iiij.
liquiricie mundate
penidrum
candi an̄.ʒ.iiij.
quattuor ſeminum frigidorum mundatorum an̄.ʒ.i.
Tunc accipe lb.i.polipodij:⁊ tere ⁊ in aqua diutiſſime decoque.⁊ ex colatura fac ſirupū cum.viij.lb.zuccare. In parte autem colature diſtempera caſſiamfiſtulam ⁊ thamarindos:⁊ in fine decoctiōis ſirupi pone. Deinde confice electuarium.

Electuarium de granis mirti.D.M.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec p̄paratū reperitur

℞.confectionis electuarij de aromatibus cui adde
granorum mirti trito₂ ſicut alchool.ʒ.vi.
mirabolanorum indorum
bellericorum
emblicorum
Sup quos iam preterijt ebulitio vna in aq̄ citonio₂ cum vino odorifero an̄.ʒ.v.
carui
aniſi
cimini
ſeminis apij infuſorum in aceto die vno ac nocte ⁊ exſiccatorum an̄.ʒ.v.
Confice cum mirra aromatica

Hoc electuarium eſt in vſu multum ⁊ vbiqꝫ preparatū reperitur: non tñ preparatur ſm pñ ſentē deſcriptōez ſed ſm deſcriptionē nicolai imediate ſequentem.

Electuarium de ſucco roſ
D.M.

℞.ſucci roſarum rub completarum lb.ſ.
zuccare tabazed lb.i.ſ.
teremabī pure ⁊ recentis.℥.vi.
ſcamonee anthiochene.℥.i.ſ.
Coquantur omnia cum facilitate ſup ignez clarū vſqꝫ dū mellis habeat ſpiſſitudinem.
Deinde proijce ſuper illud
trociſcorum de ſpodio.℥.i.
gallie
croci añ.ʒ.ij.
trociſcis de berberis.ʒ.iiij.
Repone in vaſe vitreo

Aliud
D.N.

Hoc electuarium eſt multum vſuale ⁊ cōiter preparat ſm pñtem deſcriptionē. Et ſciatꝭ ꝙ in hac cōfectōe in qualibet.℥.cōfectionis intrāt fere ℈.ij.dyagredij ⁊ ꝙ uis eius virtus ſit multū repreſſa nihilominus excedit nimis: ⁊ vide ꝙ in dyacintonitē nō poſuit meſ de dyagredio niſi.℈.i.aut circa,p.℥.cōfectōis.⁊ vbi ī hac ꝯfectōe tota ponūtur.ʒ.xij.ſi diceres ʒ.viij.tu ita faceres.

℞.zuccare
ſucci roſ añ.lb.i.⁊.℥.iiij.
trium ſandalorum añ.ʒ.vi.
ſpodij.ʒ.iij.
dyagredij.ʒ.xij.
camphore.℈.i.
Tempera ad modum electuarij cum ſirupo facto de eodem zuc.⁊ ſucco roſ.

Electuarium de pſillio
D.M.

Electuariū de pſillio eſt multū vſuale: apud nos tamē non reperitur preparatum.

℞.ſucci bugloſſe ſilueſtris ⁊ domeſtice
ſucci endiuie
ſucci apij coctorum ⁊ depuratorū añ.lb.ij.
Et proijce deſuper
ſeminis cuſcute
aniſi
foliculorum ſene añ.℥.ſ.
capillorū veneris .M.i.
ſucci fumiterre.℥.iij.
azari.ʒ.iij.
ſpice.ʒ.ij.
Dimitte die ac nocte.deinde buliat ebulitione vna:⁊ proijciatur deſuper
violarum viridium vel ſiccarum.℥.iij.
epithimi.ʒ.vi.
Et buliant iterū alia ebulitione parua. Deinde coletur:⁊ exprimatur:⁊ in colatura ponantur
pſillij.℥.vi.
Et dimittatur per diē ac noctem omni hora tamen agitando cum ſpatula. Deinde exprimatur viſcoſitas tota.deinde accipe huius viſcoſitatis lb.iiij.⁊ proijce deſuper
zuccare albi lb.ij.ſ.
ſcamonee āthiochene cocte ī pomo.℥.iij.ſ.
⁊ coquantur cum facilitate.⁊ poſtq̄ coctuꝫ fuerit proijciatur ſuper ipm puluis
trociſcorum de ſpodio
trociſcꝗ dyarodon
trociſcꝗ de reubarbaro añ.℥.i.
trociſcꝗ de berberis.℥.ſ.

Gloſa notāda circa cōfectōem

¶Hic debet groſſo modo pulueriſari azarꝫ vt ſit magis ſolutiuū ꝙ ꝓuocatiuū. In hac etiā confectōe ponitur Violarꝫ viridium ⁊ cetera. In alio Prunorꝫ ⁊ vtraqꝫ littera eſt bona:⁊ cōueniens ꝓpoſito.⁊ adhuc erit melius ſi vtrūqꝫ pona nr:ſcilꝫ.⁊ viole ⁊ pruna:ſed debēt poni pruna ſicca non viridia.

Attende ꝙ ī qualibet.℥.huius confectionis intrat de dyagredio.℈.i.⁊ ē quantitas conueniens.

Aliud
D.N.

Hoc electuarium non eſt in vſu ſm preſentem deſcriptōez: ſed ſm priorem que eſt meſ

℞.ſeminis pſillij lb.iij.
Pone in aqua feruenti per triduum:poſtea coletur ⁊ colature addatur
dyagredij.℥.iij.
zuccare lb.iij.
Et per duos dies dimittātur. poſtea coquātur ⁊ ab igne deponantur. Et puluis iſtarū ſpecierum miſceatur
ſandali albi ⁊ rubei
roſarum
ſpodij
reubarbari
dragagañ
gummi arabici
violarum
berberis añ.℥.ſ.
ſeminis ſcariole
portulace añ.ʒ.iiij

Electuarium de citro non laxatiuum. D.M.

Hoc electuarium nō eſt in vſu: nec ꝑparatū reperitur

℞.corticum citrorum aur.xx.
gariofilorum
ligni aloes
cinamomi electi
macis
gallange
calami aromatici añ.ʒ.ij.
cardamomi
zinziberis añ.ʒ.i.
Confice cum melle
¶Apotecarij noſtri vtuntur quodam electuario laxatiuo quod appellant electuariū de citro ⁊ cōdiunt per ℞tas ſuas.⁊ eovtūtur ī aliquibus regionibus: vt in mōtepeſſulano. Ego non vidi ℞tam: ſed poteſt ꝗlibet facere ⁊ vti ſm bonam conſuetudinē loci vel regionis.

Electuarium alarif.D.
⁊ inuentionis Meſ.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec ꝑparatū reperitur

℞.mirabolanorum citrinorum
kebulorum
indorum añ.partes equales
Tere ⁊ cribra ⁊ accipe olei amigdalarum q̄tum ſufficit ⁊ infunde ſuper eos ⁊ frica manibus. Et hoc facias tribus diebus in ſole ſemper [illegible]undendo oleum poſtq̄ fuerit exſiccatum. Deinde quantitatem zuc.albi in decuplo ipſius aq̄ fōtis clare diſſolue ſic qꝫ predictaꝫ mixturā triduo continuo tene

ſemper parū de oleo infundendo. ⁊ hoc fa-
cias donec mirabolanorum amaritudo ceſ-
ſet. Deinde ſicca in vmbra. deinde accipe
ex hoc toto. ʒ. xv.
turbith albi. ʒ. vi.
maſticis. ʒ. ij.
ſpice nardi. ʒ. i. ſ.
nabith
zuccari albi
Confice cum melle deſpumato

Gloſa notanda.

¶ Hoc electuarium debet confici tempo-
re eſtatis: vt notatur i textu. cui conforma-
tur littera meſ ca. de mirabolanis de recti
ficatione eorum: vbi ita dicit ad litteram. Su
matur de mirabolanis cōtritis q̄titas quā
volueris. ⁊ fit hoc in eſtate. Dicitur in ℞ta
q̄ fundat̄ ſup mirabolanis huiuſmodi q̄tū
ſufficit de oleo amigdalarū dulciū. loco hu-
ius tu potes ponere oleū roſ aut oleū vio
larum aut oleum de ſizamo. aut ſaltem cō-
tere cū eis amigdalas dulces aut paſſulas
aut violas aut mel paſſulatū. Talia enī cō-
fortant operationes mirabolanorum: ⁊ ſunt
proprij iuuamenti cum eis. vt meſ loco ſu-
pradicto. Dicitur etiam in ℞ta q̄ zuccara
diſſoluatur in decuplo ipſius aque clare for-
te q̄ melius eſſet q̄ diſſolueretur i aqua la
ctis capraꝝ: vt meſ vbi ſupra. In aliquib⁹
libris ſuperadditur huic confectioni aniſi
ʒ. ij. viol. ʒ. vij. feminis apij. ʒ. i. ſ. Et alij
poſſunt addere alia: ſm exigentiam caſus i
quo propinanda eſt confectio. Vn̄ meſ vbi
ſupra. Et ſunt q̄ addunt cū eis de medici-
nis benedictis: quas volunt ſm exigentiā
intentionis eorum: ⁊ faciunt ſimile. Eſt eniz
opus magni magiſterij.

Hoc electuarium non eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

Electuarium alarif. aliud
etiam ſimiliter deſcriptōis
⁊ inuentionis meſue.

℞. mirabolanorum kebulorum nigrorum
an̄. partes. iij.
emblicorum
bellericorum an̄. partē. i. ſ.
citrinorum partes. ij.

Scilicet infundē do in oleo roſarum ⁊ alijs: vt patet in precedenti ℞ta.

Tere ⁊ cribra iuxta modū prioris doctrine
qd̄ opus obſeruandū eſt pro eorum rectificati
one. Deinde accipe ex hoc toto. ʒ. xiiij.
turbith albi. ʒ. vi.
zinziberis
heyl
maſticis
cinamomi electi
ligni aloes
gariofilorum
piperis
cubebe
gallange
macis
feminis apij an̄. ʒ. i. ſ.
ſpice. ʒ. i.
pignearum purgatarum partes. ij.
zuccare tabazed
nabith an̄. ʒ. xij.
Confice cum melle deſpumato

Electuarium indum
minus. D. M.

Hoc electuarium eſt in vſu in aliq̄bus regionib⁹ apd̄ nos tn̄ non reperitur preparatum.

℞. turbith. ʒ. C.
zuccare tantūdem
macis
gariofilorum
piperis
zinziberis
cinamomi electi
heyl
nucis muſcate an̄. ʒ. vij.
ſcamonee. ʒ. xij.
Confice cum melle deſpumato

Electuarium indum
maius. D. eiuſdem.

Hoc electuarium in aliquibus regionibus eſt i vſu minus tn̄ q̄ electuariū indum minus apud nos vero nō reperitur p̄paratū

℞. cinamomi
gariofilorum
ſpice
roſarum
caſſielignee
macis
ciperi an̄. ʒ. iiij.
ſandali citrini. ʒ. ij. ſ.
ligni aloes
nucis muſcate an̄. ʒ. ij.
turbith electi. ʒ. l.
zuccare
penidrum an̄. ʒ. xx.
gallange
heyl
cardamomi
azari
maſticis an̄. ʒ. i. ſ.
dyagridij. ʒ. xij.

Hic azarum debz groſſo modo pulueriſari vt ſit magis ſolutiuum q̄ prouocatiuum.

Omnia cum oleo amigdalarum fricentur.
Deinde accipe
ſucci citoniorum
ſucci granatorum
ſucci apij
ſucci feniculi an̄. lb. ſ.
Coque cum melle ad ſpiſſitudinem: ⁊ con
fice cum ſpeciebus.

Electuarium eleſchoph.
D. M.

Hoc electuarium non eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

℞. ſcamonee anthiochene
turbith electi an̄. ʒ. vi.
gariofilorum
cinamomi
zinziberis
emblicorum
nucis muſcate

polipodij añ.ʒ.iiij.ſ.
zuccari albi.ʒ.vi.
Confice cum melle deſpumato.

Electuarium confortatiuũ ſtomaci ex inuentione ⁊ D.M.

Hoc electuarium apud nos eſt i vſu ⁊ reperiꝛ pꝛeparatũ: non tñ ſm pñtem deſcriptiõem ſed ſm ſequentẽ.

℞.ligni aloes
ſpice
gallie muſcate
ciperi
calami aromatici añ.ʒ.ij.
cimini carmeni infuſi in aceto die ac nocte ⁊ aſſati.ʒ.iij.
ſeminis poꝛri toꝛrefacti.ʒ.i.ſ.
emblicoꝛum
bellericoꝛum infuſoꝛum in ſucco citonioꝝ ⁊ toſtoꝛum
nucis muſcate añ.ʒ.ij.ſ.
granoꝛum naſturcij toſtoꝛum.ʒ.vi.
granoꝛum paſſularum.ʒ.v.
granoꝝ.mirti tritoꝝ ſicut alchool.ʒ.xxvi.
ballauſtie
concharum aduſtarum
olibani
fructus tamariſci añ.ʒ.ij.ſ.
ameos.ʒ.iij.
Tere omnia ⁊ fricentur in vino odoꝛifero ⁊ exſiccentur ⁊ iterum fricentur in aqua citonioꝝ aut in aqua granoꝝ mirti. Deinde pmitte exſiccari in vaſe vitreo ad exſiccationem aque vel ſucci: ⁊ iterum teranꝛ ſicut alchool: ⁊ diſſoluanꝛ in miua aromatica.

In aqua: id eſt in ſucco aut in aqua decoctionis eoꝝ.

Aliud.D.⁊ inuentionis eiuſdem.

Hoc electuarium eſt multum vſuale ⁊ cõiter pꝛeparatur ſm pꝛeſentem deſcriptiõem

℞.granoꝝ mirti tritoꝝ ſicut alchool.ʒ.xij.
roſarum
ſpodij
ſumach
trium piperum
ſandali citrini
ballauſtie
granoꝝ granatoꝝ aſſatoꝛum.ʒ.vij.
coꝛiandri infuſi in aceto ⁊ aſſati.ʒ.iiij.
ſeminis acetoſe
ſeminis plantaginis
ſeminis roſarum añ.ʒ.ij.
Fiat oĩm trituratio bona. Et fricentur cũ ſucco agreſte vel mirti ⁊ aceto ⁊ ſiccentur. Deinde inuolue in miua acetoſa.

Electuarium de fructibus D.M.

Hoc electuarium non eſt in vſu: nec pparatũ reperitur

℞.carnium citonioꝛum
carnium piroꝛum ponticoꝛum
carnium maloꝛum acidoꝛum añ.lb.i.
Quoꝛum ſingulum fuerit elixatum in aceto vini foꝛtis in quo infuſum fuerit ſumac die ac nocte: ⁊ ſucci agreſte. Et ſuper quoꝛum trituratiõe fuerit elaboꝛatum vſq; ad conſumptionem vltimam ſuccoꝛum
carnium ſoꝛbarum immaturarum.ʒ.v.
zuccare lb.iij.
Coque ad ſpiſſitudinem mellis
Deinde pone ſuper ipm
ſucci berberis.ʒ.iij.
ſpodij
ſeminis acetoſe añ.ʒ.ij.
Repone poſtq̃ confectum eſt in vaſe vitri

Emblici conditi ſm.D.M.

Emblici conditi ſunt in vſu.

℞.ex eis quantitatem quam volueris ⁊ fũde ſup eos aquã ⁊ expone ſoli quouſq; tumefiant ⁊ humectentur. poſt expꝛime ⁊ pone in aqua mellis ⁊ dimitte per duos dies Deinde coque cum facilitate. ⁊ poſtq̃ coctũ fuerint dimitte eos infrigidari ⁊ adde cum melle tabazed ſicut quartam partem totius. Quidam ſupercondiunt de ſpeciebus aromaticis ſicut eſt
cinamomum
gariofili
cardamomum
crocus
muſcus
Et ſimiles.

Electuarium dulce.D.N. pꝛime D.qđ valet podagricis.

Electuarium dulce nõ eſt in vſu ſ; quãcunq; harũ deſcriptionũ: nec pparatũ reperitur.

℞.ſpice
zinziberis
piperis longi
piperis nigri
ſene
cinamomi
gariofiloꝛum
piretri añ.ʒ.v.
maſticis
roſarum
ſaliſgemme
maratri
carpobalſami
petroſelini
ſpice celtice añ.ʒ.i.
ſaxifrage
xilobalſami
milij ſolis
carui
macedonici
ſperagi
bꝛuſci
cardamomi
macis
gallange
hermodattiloꝛum añ.ʒ.i.
dyagridij.ʒ.iij.
turbith
polipodij añ.ʒ.iiij.
nucis muſcate.ʒ.v.
ambꝛe.℈.iiij.

balſami.℈.ij.
Confice in modum electuarij cum zuccara vel iulep.

Non eſt ī vſu:nec ꝑparatū reperitur

Aliud.D.eiuſdem ſcđe.D.
Qđ purgat coleram ⁊ fleuma.

℞.roſarum
cinamomi
zinziberis
violarum an̄.ʒ.vi.
zuccare.℥.v.
ſandali albi
ſandali rubei an̄.ʒ.iij.
hermodattiloꝛum
eſule an̄.℥.i.
dyagredij
turbith an̄.℥.i.⁊.ʒ.i.
zuccare quod ſufficit.

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec ꝑparatū reperitur

Electuarium dulce aliud.D.eiuſdem.N.

℞.roſ
cinamomi
zinziberis
ſeminis melon̄
ſandali albi ⁊ rubei an̄.ʒ.ij.
hermodattiloꝛum
eſule an̄.ʒ.iij.
dyagridij
turbith an̄.℥.ſ.
zuc.quod ſufficit

Hoc electuarium non eſt in vſu:nec ꝑparatū reperitur

Electuarium dulce duplicatum.D.eiuſdem.

℞.roſarum
cinamomi
zinziberis
melon̄ an̄.ʒ.iiij.
ſandali albi
ſandali rubei an̄.ʒ.ij.
hermodattiloꝛum
eſule an̄.ʒ.xij.
dyagridij
turbith an̄.℥.ij.
Fiat puluis.⁊ ad lb.i.zuc.pone.℥.i.ſ. puluerum.⁊.℥.i.ſcamonee.

Electuarium contra peſtem magrī Ja.de partibus pariſ.

Multi multa ſcripſerunt electuaria contra peſtem.a nullo tamen antiquoꝛum habemus aliquod electuarium in vſu penes apotecarios noſtros.ideo ſi placꝫ eis alijs ℞tis obmiſſis iſtud in ſuis botecis habere quod bene mihi placet ⁊ quod extrari a famoſiſſimo hodie inter modernos doctoꝛe pariſienſe magiſtro Ja.de partibus credo ꝙ bene facient. Sin autem faciant in noīe dn̄i vt habent in ſuis receptarijs:⁊ vt conſueuerunt ⁊ pꝛobauerunt.
℞.zuccare albe lb.ſ.
Diſſolue ī ſucco limonū:vel in ſucco pomorū arengie vel in ſucco granatoꝝ acetoſoꝝ vel in foꝛti aceto. Et coquantur ad perfectionem. Et in fine decoctionis adde puluerem qui recipit
margaritarum ſplendidarum
oſſis de coꝛde cerui
coꝛali rubei
fragmentoꝛum rubinoꝝ
iacinctoꝛum
granatoꝛum an̄.℈.i.
ſerici crudi
ambꝛe griſie
coꝛticis citri
croci an̄.℈.ſ.
roſarum rubearum ſiccarum
ſeminis endiuie
raſure eboꝛis an̄.ʒ.ſ.
Terantur ſubtiliſſime ⁊ cribellantur ꝑ pannum de ſerico ⁊ fiat electuariū ꝑ lozengis ponderis.ʒ.ij.deauratas vndiqꝫ cū pannis auri finiſſimi:qꝛ poteſt multiplicari aut diminui ſi placet ſm̄ neceſſitatem.

Emplaſtrum dyaquilon commune.D.M.

Hoc emplaſtrum eſt multū vſuale ⁊ cōiter pꝛeparatur ſm̄ pn̄tem deſcriptionem.⁊ pꝛeparatur ycꝛeatū ⁊ nō ycꝛeatum.

℞.fenugreci
ſeminis lini
radicis altee
A q̄bus oībus extrahanť muſcilagines et accipe ex ipſis muſcilaginib⁹ an̄.partem.i.
litargiri contriti contritione vltima ⁊ mundati a plumbo ⁊ ſcoꝛia partem.i.ſ.
olei antiqui clari partes.iij.
Litargiriū ⁊ oleum diu ī moꝛtario lapideo cū peſtello ferreo conquaſſentur ⁊ elaboꝛentur in eoꝝ conquaſſatione multū. Deide bullant ſup ignē cū facilitate ſemꝑ:⁊ inceſſāter agitando cū ſpatula vſqꝫ dum coaguleť litargiriū. Tunc deponatur ab igne ⁊ dimittatur infrigidari paulatim. Poſtea ℞. muſcilagines ⁊ bullant bulitione aliqua. Deinde paulatim ⁊ paulatim ꝓijce muſcilagines ſuper litargirum ⁊ oleū ſemꝑ cum piſtello lineo conquaſſando donec fiat eoꝛuꝫ conueniens permixtio. Tunc vero coquať ſup ignē vſqꝫ inſpiſſetur. Et ſi vis ipm̄ facere ycꝛeatū:tunc de intentō ne filij hameth permiſce puluerem ycꝛeos ſubtiliſſimū. Et ſunt aliqui qui pꝛo cōi oleo ponunt oleum ycꝛinū.⁊ ſi addas muſcilaginē ſeminis melliloti erit ſedatio eius foꝛtioꝛ.

Aliud
D.N.

Hoc emplaſtrum eſt multum in vſu pꝛeparatur tm̄ cōiter ſm̄ deſcriptionem pꝛecedentē que eſt meſ.

℞.olei veteris.℥.xlij.
ſpume argenti.℥.xxvij.
radicis altee
ſeminis fenugreci
ſeminis lini an̄.℥.xiiij.
Confice ſic.radices ⁊ ſemina in aqua ſim-

plici per triduum infunde ad prunas leues vſq; ad medietatem decoque ⁊ cola. ⁊ proiectis ſcophis: id eſt ſuperfluitatibus accipe de muſcilaginibus lb. i. miſce cum oleo ⁊ aliquantulum bulire dimitte. Deīde pulverem ſpume argenti adhibe ⁊ indeficienti ſpatula ſubiice donec competenter coquatur. Quod ſi ſcire volueris quando coctum fuerit medicamentum diligentius attende. Et cum ī eo ebulitionem ſentire videris ſcias eſſe coctum. Et cum infrigidatum fuerit vſui reſerua.

Emplaſtrum dyaquilon magnum: D. M.

Hoc emplaſtrum non eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

℞. litargiri mundi triti ⁊ cribellati. ʒ. xij.
olei yrini
olei camomilli
olei anetini añ. ʒ. viij.
muſcilaginis ſeminis lini
muſcilaginis fenugreci
muſcilaginis rad altee
muſcilaginis ficuum pinguium
muſcilaginis paſſularum
ſucci yreos
ſucci ſquille
yſopi humide
glutinis alkanan añ. ʒ. xij. ſ.
terebentine. ʒ. iij.
reſine pini
cere citrine añ. ʒ. ij.
Confice vt dictū eſt in dyaquilon cōmune ſm deſcriptōem meſ ſupradicto.

Dyaquilon paruum D. M.

Hoc emplaſtrum non eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

℞. litargiri. ʒ. iiij.
olei veteris ⁊ clari lb. i.
muſcilaginis pſillij. ʒ. iiij.
muſcilaginis iuſquiami. ʒ. ij.
muſcilaginis ſeminis lini
muſcilaginis rad malue añ. ʒ. ij.
Et eius opatio ē ſicut operatio ſupradicti.

Emplaſtrum aliud qd appellāt apotecarij noſtri emplaſtrū de muſcilaginibus per excellentiam ⁊ eo vtuntur.

Hoc emplaſtrum apud nos eſt ī vſu ⁊ preparatū reperitur: ſ; credo ego ꝙ emplaſtrū dyaq̄lon eſt illud verū; emplaſtrū qd dicitur emplaſtru; de muſcilaginibꝰ. kilon enī interpretatur ſuccus vel muſcilago. Inde dyaq̄lon: id ē d muſcilaginibꝰ: ⁊ videas ꝛtrā: q: parū differt a virtute iſtꝰ iſtud tn̄ eſt fortiꝰ.

℞. muſcilaginum ſeminis altee
ſeminis lini
mediani corticis vlmi
fenugreci añ. ʒ. iiij. ſ.
oleorum camomille
de lilio ⁊
aneti añ. ʒ. i. ſ.
amoniaci
galbani
oppoponaci
ſerapini añ. ʒ. ſ.
cere noue. ʒ. xx.
croci. ʒ. ij.

terebentine. ʒ. ij.
Fiat emplaſtrum vt decet

Emplaſtrum pro ſtomaco D. M.

Hoc emplaſtrum eſt multū vſuale. aliqui tn̄ apotecarij preparant iſtd ⁊ alij preparāt cerotū ſtōaticū de q̄ ſupra in littera C. Et alij habent deſcriptōnem aliam Poteſt aūt q̄libet facere ſuo modo.

℞. ligni aloes
abſinthij
gummi arabici
maſticis
ciperi
coſti
zinziberis añ. ʒ. ſ.
calami aromatici
olibani
aloes añ. ʒ. iij.
gariofilorum
macis
cinamomi
ſpice
nucis muſcate
gallie muſcate
ſquinanti añ. ʒ. i. ſ.
Agregentur omnia cum mirra aromatica. Et extende ſuper pannum ⁊ ſuffumigetur ſup ligno aloes ⁊ ſuperponatur.

Emplaſtrum de granis lauri D. M.

Hoc emplaſtrum non eſt in vſu: nec p̄paratū reperitur

℞. olibani
maſticis
mirre añ. ʒ. i.
granorum lauri. ʒ. ij.
ciperi
coſti añ. ʒ. ſ.
mellis colati q̄tū ſufficit ad agregandū et extendatur in panno. Et calidū ſupponat vbi oportet. Si aūt triplicetur cyperus et ponatur de ſtercore vaccar aut caprar ſic cōtinuemetur mirabile ad ydropiſim.

Emplaſtrum de gallia D. M.

Non eſt ī vſu: nec p̄paratū reperitur

℞. gallie muſcate
ſquinanti añ. ʒ. i. ſ.
ramich
ſumac
acaſſie
ypoquiſtidos
lapdani
gallarum non perforatarum
calami aromatici
roſarum ⁊ ſeminis earum
ſandalorum alborum
ſandalorum rubeorum
maſticis
xiloaloes
gariofilorum
ſpice
olibani
coſti
mirre

ciperi
abſinchij an̄.ʒ.ij.
Fiat eorum trituratio bona. Deīde accipe
ſucci foliorum mente
ſucci foliorum lauri
aque roſ
vini pontici an̄.℥.i.ſ.
Et ſubmerge in eis calefactis tortelarum
de ſeni.ʒ.iij.
datilorum ſiccorum numero.xij.
Dimittantur per diem ⁊ noctem. Deinde
terantur ⁊ fiant ſicut puluis ⁊ miſceant̃ cū
mive aromatice.℥.iij.aut.iiij.
gummi arabici aſſi.ʒ.vij.
Coquātur omnia lento igne vſqꝫ ad ſpiſſi
tudinem mellis. Deinde agrega cum pul-
uere rerum ⁊ tere diu in mortario donec fi
at totum viſcoſum. Deinde lini ex eo ſup
lamina ⁊ ſuffumiga cum ligno aloes ⁊ epy
thimetur cum eo.

Non eſt ī vſu:nec ꝑparatū reperitur

Aliud
D.eiuſdem

℞.gallie ramich
roſarum ⁊ feminis earum
ramich

Pulpe ſumach:id eſt corticis ſemi- nis. Unde ſerapio auctoritate dya. ⁊ gal. melius qđ eſt in tota arbore eſt cortex grani eius

pulpe ſumach
ſandali albi
ſpodij
ſanguinis drachonis
carabe
ballauſtie
ypoquiſtidos
acaſſie
corticum rađ mandragore
capitum granatorum an̄.ʒ.ij.
camphore.ʒ.ſ.
Tere ⁊ fac pulverem. ⁊ deinde accipe
ſucci capriolorum vitium ſilueſtrium.℥.ij.
ſucci vuarum agreſtium.℥.i.
ſucci extremitatum mirte humide
aceti an̄.℥.iiij.
Infunde in eis
ſamich ordi
granorum mirti tritorum ſicut alchool
gummi arabici aſſi an̄.ʒ.iiij.
Miſce cum eis
mive acetoſe.℥.ij.vel.iij.
Et decoque in igne leni vſqꝫ dum habeat
ſpiſſitudinem viſcoſam
Deinde agrega omnia ſimul cum ſpeciebꝰ
⁊ lini ex eo ſuper lamīa. ⁊ ſuffumigetur cū
xiloaloe. ⁊ epythimetur cum eo

Non eſt ī vſu:nec preparatur.

Emplaſtrum relatum ad
andromacum. D.M.

℞.ſepi arietini
picis an̄.℥.xviij.
gummi pini.℥.viij.
auripigmenti rubei. ⁊
citrini
aluminis iameni
calcis vive an̄.ʒ.iij.
amoniaci.℥.ij.
Diſſoluatur amoniacum in vino rubeo ⁊ re
liqua diſſoluantur in igne cum olei lb.ij. et
pulveriſentur pulveriſanda. ⁊ agrega om
nia ſimul ꝫm decentem modum preparatō
nis eius ⁊ vtere vbi oportet.

Nō eſt in vſu:nec ꝑparatū reperit̃.

Aliud
D.eiuſdem

℞.aque ardentis ⁊ eſt aqua ſaponis lb.iij.
granorum rizi. ⁊
frumenti excorticati an̄.℥.vij.
Ponantur in vaſe vitreato: ⁊ ſtringatur ori
ficium eius vehementer ⁊ dimittatur ꝑ diē
⁊ noctem. deinde agitetur cuꝫ ligno ⁊ clau
datur. ⁊ ſic fiat omni die donec grana diſſo
luta ſint ⁊ factū ſit totū muſcilaginoſū. De
inde vſui reſerua. Cum autem eo vti volu
eris recipiatur de eo in vacuitate corticis
auelane aut arundinis aut in cera prepara-
ta. ⁊ ponatur vbi oportet

Emplaſtrum de ſinapi.
D.M.

Nō eſt in vſu:nec ꝑparatū reperitur

℞.ficuum ſiccarum pinguium partem.i.
Et infunde in aqua tepida per diem ⁊ no-
ctem. tunc exprime fortiter vt nullus hu-
mor in eis remaneat. Deinde ſinapim tri-
tam in aceto cum eis miſceas diligenter
diu concutiendo. ⁊ ſit ſinapis pars vna et
ficuum alia. Si autem vehementioris vir
tutis facere volueris pone de ſinapi ptes
ij. Si autem minus ex ficubus partes.ij. ⁊
ex ſinapi partem.i. In defectu vero ſina-
pis ſquiballe caprine ponātur pridie in ace
to infuſe. Et quandoqꝫ additur in eis
fimus columbarum agreſtium
rađ enulle
ſemen naſturcij. ⁊
grañ lauri

Emplaſtrum de fermento.
D.M.

Nō eſt in vſu:nec ꝑparatū reperitur

Accipe fermenti partem.i.
ſucci mente
ſucci abſinchij an̄.partem.ſ.
aceti vini:aut
ſucci citoniorum:aut
ſucci vuarum agreſtium:aut
ſucci extremitatum vitium ſilueſtriū quar
tam partem partis iꝰ.
macis
gariofilorum
ligni aloes
maſticis
ſpice
folij
roſarum

abſinchij ſicci añ. octauã partem iꝰ.
Miſceantur omnia ⁊ coquantur ad ignem ⁊ vtere vbi oportet.

Aliud
D. eiuſdem

℞. fermenti acetoſi partem. i.
ſucci endiuie: aut
ſolatri
aceti: aut
ſucci vuarum agreſtium: aut
ſucci extremitatum vitꝭ partem. ſ.
farine ordei tertiam partem. iꝰ.
trium ſandalorum
foliorum roſ
ſpodij
ſauſel
ſyeſ memite
boli armenici añ. vi. partꝭ iꝰ.
ſucci portulace
muſcilaginis pſillij q̄ntum ſufficit
ad agregandum ea. Fac ex eis emplaſtruʒ

Aliud
D. eiuſdem

℞. fermenti
mellis
bley lactis mulieris
vitella ouorum añ. partes equales
Fiat emplaſtrum. Et ſi fortius facere volueris adde galbani partem. ſ. ⁊ diſſolue cũ eis. Et ſi adhuc fortius facere volueris adiunge cum eis
baurac. vi. partem illius
ſtercoris columbini
ſtercoris gallinacei añ. quartã partẽ illius
Amplius cum aceto feruenti ⁊ ſale coquitur interdum fermentũ. fit emplaſtrum.

Aliud
D. eiuſdem

℞. amoniaci
bdellij — Hic pone bdelliũ iudaicũ: vel ſalteʒ bdellium molle.
ficuum pinguium añ. partem. ſ.
fermenti partem. i.
Diſſolue in aceto: ⁊ tunc
Accipe foliorum ruthe
fructus thamariſci
baurac añ. partes. iiij.
Miſce fortiter omnia. ⁊ interdum oportet addere
ſulphur
ſal: ⁊
cinerem vitium combuſtarũ
Et interduʒ additur euforbium certis de cauſis.

Emplaſtrum filij zacarie ad duriciem iuncturarum. D. M. — Non eſt ĩ vſu: nec p̄paratũ reperitur

℞. cere citrine. ʒ. iij.
medule cruris vacce
adipis galline
adipis anatis
muſcilaginis ſeminis lini añ. ʒ. iij.
olei de lino quantum ſufficit
Si autem fortius facere volueris: adde
muſcilaginis ſeminis altee
muſcilaginis fenugreci añ. partes conuenientes.
Et pro oleo de lino ponitur oleum de keyri citrini vel vtrunq̃. Et ſi adhuc facere volueris fortius adde
yſopi humide
glutinis zangaanam quantum de vna muſcilaginum.

Emplaſtrum dyaſinicon
D. M. — Non eſt ĩ vſu: nec p̄paratũ reperitur

In primis fiat cerotum ex
cere. ʒ. ij.
olei roſarum
olei nardini añ. ʒ. iiij.
Deinde accipe
dattilorum ſiccorum numero. xl.
tortelarum de ſeni. ʒ. v.
Infunde biduo in vino odorifero. deĩde accipe
carnium citonioꝝ decoctoꝝ in vino. ʒ. viij.
Tere cũ dactilis ⁊ tortelis contritione vltima ⁊ miſce cũ ceroto ⁊ contonde ĩ mortario donec agregent̄. Deinde proijce deſup — De meliori autem operatione eſt vt maſtix ⁊ lapdanuʒ cum cera ⁊ oleis miſceantur. meſ ĩ littera.
maſticis
olibani
abſinchij romani ſicci añ. ʒ. ij. ſ.
ligni aloes
macis
mirre
ſpice
acaſſie
gallie
ramich
calami aromatici añ. ʒ. i.
lapdani. ʒ. ij.
Iterum terantur donec permiſceantur. deinde lini ex eo ſuper lamina ⁊ ſuffumiget̄ cum xiloaloe ⁊ applica.

Emplaſtrum dyaſinicon aliud
D. alexandri q̇d ponit meſ. — Non eſt ĩ vſu: nec p̄paratũ reperitur

℞. dattilorum vicinorum maturationi ſine oſſibus. ʒ. v.
tortelarum de ſeni
Citoniorum. Et proprie carnium eoꝝ decoctorum in vino ſtiptico. ʒ. i.
ſtoracis
maſticis
lapdani añ. ʒ. iiij.
acaſſie
ſucci agreſte
florum vuarum agreſtium
roſ
ſandalorum macaſir

ramich
mirre
piloaloes an̄.ʒ.iiij.
cere.℥.iiij.
olei roſ.℥.xv.
vini pontici.q.ſ.ad infundendū infundēda
Et confice vt ſupra in ℞ta precedenti.et
lini ⁊ ſuffumiga vt declaratum eſt.

Nō eſt in vſu:nec pparatū reperitur

Emplaſtrum de aleis
D.alexandri qđ ponit meſ.
℞.ſpicarum allearum.℥.iij.ſ.
ſtoracis
aloes boni
bdellij an̄.℥.iij.
terebentine.℥.iiij.
axungie porci recentis
adipis anſeris an̄.℥.v.
maſticis
olibani an̄.℥.i.ſ.
euforbij.℥.i.
croci.℥.ſ.
cere citrine.℥.xij.
olei nardini
vini quantum ſufficit.

Hic pone bdelliū iudaicū:vel ſaltez bdelliū molle.⁊ ſimilr maſtix ⁊ olibanū ſubruſa aut citrina nō alba qꝛ medicina ē calida

Nō eſt in vſu:nec pparatū reperitur

Emplaſtrum relatum
ad eriſtraton.D.M.
℞.cere citrine.℥.i.
terebentine.℥.vi.
axungie porci recentis
adipis anſeris
medulle cruris vacce an̄.℥.iiij.
bdellij
mirre
olibani
ſtoracis
oppoponaci
aloes
maſticis an̄.℥.i.ſ.
amoniaci.℥.ij.
colophonie.℥.ſ.
aluminis.℥.i.
ſpice.ʒ.vi.
folij
calami aromatici
euforbij
granorum lauri an̄.ʒ.vij.
olei balſami lb.i.
olei nardini
vini odoriferi an̄.q.ſ.
Confice ſicut precedens

Hic pone bdelliū iudaicū:aut ſaltez bdellium molle. ⁊ olibanū ſubruſū aut citrinū nō album:qꝛ medicina eſt calida ⁊ ſimiliter maſtix.

Nō eſt in vſu:nec pparatū reperitur

Emplaſtrum oribaſij
℞.litargiri.℥.iiij.
cere.℥.viij.
reſine.℥.v.
amoniaci.℥.ij.
confite.℥.ij.
ariſtologie.℥.i.
aloes.℥.i.

Vide ex caplo de analogis p ſe ſum

thuris maſculini
cuſcute
galbani an̄.℥.i.ſ.
olei antiqui
aceti ſquilitici an̄.q.ſ.
Confice vt precedens.

ptis libro primo:⁊ videbis q ibi debet poni ariſtologia longa

Aliud ēplaſtrū oribaſij.D.M.
℞.amoniaci.℥.ij.
Dimitte in aceto ſquilitico p duos dies.dei de tere in mortario donec fiat ſicut puls.de inde tere ipm cum ceroto facto ex
cere citrine.℥.ij.
olei camomille
olei yrini an̄.℥.iiij.
croci.ʒ.v.
Confice contondendo donec pingue fiat.

Hoc emplaſtrum non eſt in vſu:nec pparatū reperitur

Pro aceto ſquilli tico pone ſuccum apij.Meſ in lra. Id eſt donec veniat ad ſpiſſitudinē pultis:id eſt polēte galice boullie vel paperot.

Emplaſtrū de melliloto.D.M.
℞.melliloti.℥.v.
florum camomille
fenugreci
granorum lauri
radicis altee
abſinchij an̄.℥.iij.
ſeminis apij
cordumeni
yreos
cyperi
ſpice
caſſielignee
ameos
aniſi an̄.ʒ.ij.ſ.
ſanſucci.ʒ.iij.
amoniaci.ʒ.x.
ſtoracis
bdellij an̄.ʒ.v.
terebentine.℥.i.ſ.
ficuum pinguium.xij.numero
ſepi yrcini
reſine an̄.℥.ij.ſ.
cere.℥.vi.
olei ſanſucci
olei de ſpica an̄.quod ſufficit ad infundendum ⁊ contondendum.

Hoc emplaſtrum eſt in vſu:⁊ vbiqꝫ pparatū reperitur

Hic pone bdelliū iudaicū aut ſaltez bdellium molle.

Emplaſtrum apoſtolicon
D.N.
℞.litargiri.℥.vi.
cere rubee
colophonie an̄.℥.ij.
propolei
viſci quercini an̄.℥.i.
amoniaci
lapidis calaminaris an̄.ʒ.vi.
maſticis
manne thuris an̄.ʒ.ſ.
terebentine
bdellij
galbani
mirre

℞. lapidis armeni loti ⁊ preparati
yere pigre añ. ʒ. v.
epythimi
polipodij añ. ʒ. iiij.
dyagridij. ʒ. iij. ſ.
gariofiloꝛum. ʒ. ij.
ſalis indi. ʒ. i. ſ.
Confice cum ſucco ſolatri.

Pillule de bdellio D. M.

Iſte pillule cōiter nō preparant̄: ſꝫ ꝑparant̄ maioꝛes. Et pone bdelliū de mecha aut ſal‐tē bdelliū ſiccū ad reſtringendū ⁊ nō molle.

℞. mirabolanoꝛum nigroꝛum
emblicoꝛum
bellericoꝛum añ. ʒ. v.
bdellij. ʒ. x.
ſcoꝛie ferri preparate
ſeminis poꝛri añ. ʒ. iiij.
coꝛali aduſti
carabe
concule aduſte añ. ʒ. i. ſ.
margaritarum. ʒ. ſ.
Confice cum ſucco poꝛri.

Pillule de bdellio maioꝛes. D. M.

Iſte pillule ſunt ī vſu: ⁊ preparate reperiuntur.

℞. bdellij. ʒ. xij.
ameos. ʒ. iij.
kebuloꝛum
indoꝛum
bellericoꝛum
emblicoꝛum
venarum aduſtarum
karabe añ. ʒ. ij. ſ.
Et confice bdellium in ſucco poꝛri.

Gloſa notanda.

¶ In hac confectione ponitur bdellium. ⁊ debes intelligere de bdellio de mecha: aut ſaltem debes ponere bdellium ſiccum: et non molle. vt in precedentibus. In ea etiam ponitur venarum aduſtarum. ⁊ dicit actoꝛ pendetarum ꝙ falſo: ſed ꝙ debuit dicere auelanarum aduſtarum. Alius actoꝛ cuius nomen ignoꝛo in quodam libello ſuo ꝙ incipit. Fac igitur pie deus ⁊c. dicit ꝙ debuit dicere vermium terreſtrium aduſtoꝝ. Et hec opinio videtur magis eſſe de mente meſue. vermes enim terreſtres aduſti ⁊ potiſſime concule terreſtres ſiue limacie q̄ ſunt de genere vermium ſunt exſiccatiue exſiccatione foꝛti potiſſime quando adurūtur. et debent aduri caro cum teſta ⁊ ſubtiliſſime teri. videntur ergo conuenire propoſito. Et videas ꝙ iſte pillule ſunt ſimiles in virtute cum pillulis de bdellio prius deſcriptis in recepta precedenti vbi poſuit conculas aduſtas. ꝙ ſi nolis ponere conculas terreſtres ſcilicet limatias: pone aquatiquas ⁊ marias: ſed ſunt debilioꝛis virtutis.

Pillule de bdellio minoꝛes. D. M.

Iſte pillē ſub hac D. nō ſūt in vſu.

℞. mirabolanoꝛum kebuloꝛum
indoꝛum
emblicoꝛum
bellericoꝛum añ. ʒ. v.
bdellij. ʒ. xv.
Fiat vt dictum eſt in pillulis de bdellio maioꝛibus.

Hic pone bdelliū de mecha aut ſaltē bdelliū ſiccum: vt in alijs.

Pillule de oppoponaco D. M.

Pillule iſte in aliq̄bus regionib⁹ preparant̄. ⁊ ī his debet colloquintida ſubtiliſſime pulueriſari ne īducat excoꝛiationem.

℞. oppoponaci
hermodattiloꝛum
ſerapini
bdellij mollis
amoniaci
colloquintide añ. ʒ. v.
croci
caſtoꝛei
mirre
zinziberis
piperis
macropiperis
caſſielignee
mirabolanoꝛum citrinoꝝ
indoꝛum

belleꝛicoꝛum
emblicoꝛum an̄.ʒ.i.
ſcamonee.ʒ.ij.
turbith.ʒ.iiij.
aloes.ʒ.xij.
Infundantur gūme in aqua.i.in ſucco cau
lium:⁊ fiant cum eis pillule.

Iſte pillē nō ſunt in vſu:nec pꝛeparate reperiuntur.

Pillule de hermodatilis.
D.M.
℞.hermodattiloꝛum
aloes an̄.ʒ.v.
mirabolanoꝛum citrinoꝝ
turbith an̄.ʒ.iiij.
zinziberis.ʒ.ij.
Fiant pillule cum electuario roſ.

Iſte pillule habētur in vſu:⁊ vbiqꝫ p̄parate repiunt̄. Et in cōfectione harū oꝫ colloquintida ſubtiliſſime pl̓uerisari. Et eufoꝛbium non.

Pillule de hermodattilis
maioꝛes.D.M.
℞.hermodattiloꝛum
aloes
mirabolanoꝛum citrinoꝝ
turbith
colloquintide
bdellij mollis
ſerapini an̄.ʒ.vi.
caſtoꝛei
ſarcocole
eufoꝛbij
oppoponaci
armei
apij an̄.ʒ.iij.
croci.ʒ.ij.ſ.
Confice cū ſucco caulium ⁊ fiant pillule

Pillule iſte etiam vbiqꝫ repiunt̄ pꝛeparate:⁊ ſūt i vſu

Pillule de hermodatilis
minoꝛes.D.M.
℞.hermodatiloꝛum.ʒ.v.
ſcamonee.ʒ.ij.ſ.
mirabolanoꝛum citrinoꝛum.ʒ.ij.
roſ.ʒ.ij.
aloes.ʒ.x.
Confice cum catartico roſ.

Iſte pillule ſunt vſuales:⁊ pꝛeparate reperiuntur.

Pillule artetice
D.N.
℞.hermodatiloꝛum
turbith
agarici an̄.ʒ.iiij.
caſſieligńee
ſpice
gariofiloꝛum
xilobalſ
carpobalſ
zinziberis
maſticis
feniculi
aniſi
ſaxifragie
ſeminis ſperagi
bꝛuſci
roſarum
granoꝛum ſolis
ſaliſgemme an̄.ʒ.ſ.
aloes ad pondus omnium.
Confice cum ſucco feniculi

Pillule q̄ non valentes ſurgere faciunt incedere.D.Raſ in nono adalmenſſoꝛem

Iſte pillē nō ſunt in vſu.⁊ in eis ponit̄ ſcamonee ⁊c. dicit tn̄ gētilis i libello ſuo de ꝓpoꝛtiōibus medicinarū ꝙ debuit dicere ſcamonee.℈.vni⁹ quartā partē:ſcꝫ gra.v.vl̓.vi.⁊ iſta via eſt tutioꝛ.

℞.aloes.ʒ.i.
ſcamonee.ʒ.i⁹ quartam partem
roſarum rub̄ tritarū.ʒ.i⁹ ſextam ⁊ gra.x.
hermodattiloꝛum alboꝛum.ʒ.ſ.
Foꝛmentur pillule.

Pillule de colloquintida.
D.M.
℞.colloquintide.ʒ.v.
mirabolanoꝛum nigroꝝ
citrinoꝛum
ſerapini
bdellij mollis
ſarcocole an̄.ʒ.v.
aloes.ʒ.vij.
nigelle
cimini carmeni
oꝛigani perſici
naſturcij albi
ſaliſgemme
abſinthij romani an̄.ʒ.i.
Infunde gummas in aqua poꝛri.i.in ſucco
poꝛri.⁊ fac cum ceteris pillulas.

Iſte pillē nō ſunt in vſu nec p̄parate reperiuntur.potuiſſent aūt īmediate ſubiūgi ad pillulas de albādal q̄ exponunt̄ de coloquintida: ſed ego hic obſeruaui oꝛdinē meſ in littera.

Pillule ſebellie.
D.M.
℞.ſpice inde.ʒ.v.
ſpice romane
rauendeſeni
agarici
epythimi an̄.ʒ.iiij.
coſti
maſticis
camedreos
amomi an̄.ʒ.iij.
croci.ʒ.ij.
mirre
cinamomi
gariofiloꝛum
ſquinanti an̄.ʒ.i.
aloes.ʒ.xij.
Fiant pillule cum vino antiquo.

Iſte pillule cōiter nō pꝛeparant̄:vtimur tn̄ eis interdū magiſtraliter.

Pillule ſtomatice
D.M.
℞.yere pigre.ʒ.vij.
trium mirabolanoꝛum an̄.ʒ.iij.
agarici.ʒ.ij.
turbith.ʒ.x.
epythimi cretenſis.ʒ.ij.ſ.
ſalis indi.ʒ.ij.
abſinthij
ſcamonee an̄.ʒ.iij.
penidiarum.ʒ.iij.

Quidā faciūt iſtas pillās.⁊ q̄dā alias Iſte tn̄ nō ſūt ille q̄ dn̄t p̄parari ꝓpt̄ alia laxatiua ab aloe q̄ ibi itrāt:q̄ licet euacuēt a ſtōaco aliūde tn̄ etiā attrahūt.iō ille ex oībus iſtis i q̄b⁹ ſola itrat aloes ſunt

ille q̄ debēt ꝑpara rari: q̄ ꝓprie dicuntur ſtomatice. Et dicūt alij ꝙ debēt diſpēſari pillule ſtomatice ſʒ deſcriptōeʒ alkindi quas ponit Auic. quinto cañ. ⁊ filonius ca. de dolore capitis. ⁊ de ipſis intelligiť quando ſcribitur in libris practicantium ℞ pillularum ſtomaticaꝝ abſolute: q̄a ꝓrogatiuā in bonitate ſuper ceteris pillulis ſtomaticis habēt. quarū recepta hic cum ceteris inſeritur.

Fac pillulas cum ſucco ſcariole.

Pillule alie ſtomatice
D. eiuſdem. M.

℞. yere pigre. ʒ. x.
trium mirabolanorum
abſinchij añ. ʒ. iij.
maſticis
aniſi
bellerici
emblici
agarici añ. ʒ. iij. ſ.
zinziberis. ʒ. ij.
gariofilorum
ſaliſgemme
ſquinanti añ. ʒ. i.
turbith. ʒ. xij.
Confice cum ſucco abſinchij

Pillule ſtomatice alkindi

℞. mirabolanorum kebulorum partes. vi.
ſalis indi
abſinchij romani
agarici leuis
ſcamonee ſubalbide oīm añ. partes. iij.
aſſari
aniſi
ſeminis apij oīm añ. partes. ij.
medulle turbith albi partes. xvij.
epithimi cretēſis rubei mūdi recēt ꝑtes. v
yerapi. partes. vij.
gariofilorum partem. i.
Commiſceantur iſte medicine poſt cribellationem. deinde ponatur ſuper eas paulatim. ⁊ aſpergantur aqua in qua bulite ſunt partes. iiij. penidiarum ſabari donec cōuerſa ſit in ſubſtantia ſucci dattilorum. deinde formentur pillule ſimiles piperi. doſis ſit ſm virtutem.

Iſte pillule nō debent preparari: ſʒ vltime.

Pillule alie ſtomatice
D. eiuſdem.

℞. trium mirabolanorum añ. ʒ. iij.
roſarum
maſticis añ. ʒ. ij.
cardamomi
ligni aloes
ſandali citrini
cubebe
gariofilorum
ſquinanti
nucis muſcate añ. ʒ. ij.
rauendeſeni. ʒ. ſ.
turbith. ʒ. vij.
aloes ad pōdus omnium
Confice cum vino odorifero.

Iſte ſunt q̄ cōiter ꝑparate reperiunť preeligunť tñ iſte vel ille ſm voluntatem medicorum

Pillule alie ſtomatice
D. eiuſdem.

℞. mirabolanorum citrinorum
turbith añ. ʒ. x.
maſticis. ʒ. vi.
roſarum
ſpice añ. ʒ. ij. ſ.
aniſi. ʒ. i. ſ.
ſalis indi
croci añ. ʒ. i.
aloes ſuccotrini ad pondus omnium
Confice cum ſucco abſinchij.

eis vtentium.

Iſte ſunt pillule q̄ debēt preparari ſm rei veritatem

Pillule alie ſtomatice
D. eiuſdem.

℞. aloes. ʒ. vi.
maſticis
roſarum añ. ʒ. ij.
Confice cum ſucco ſolatri.

Pillule ante cibum
D. N.

℞. ligni aloes
gariofilorum
folij
maſticis
xilobalſ
carpobalſ
caſſie lignee
macis
nucis muſcate
cinamomi
cubebe
croci
ſileris montani
ſpice añ. ʒ. ij.
reubarbari
aloes añ. ad pondus oīm
Confice cum balſ. vel vino odorifero: vel oleo laurino aut roſ.

Iſte pillule hodiernis dieb⁹ ſūt vſuales i hac ciuitate turoñ. ſʒ mirū videť ꝙ vir tātus poſuerit tamarīdos. ⁊ in tā parua quātitate. relicte ſunt tñ nobis et ꝓpria manu ſcripte ſic formaliter. nō mihi placet forma earū: lʒ ſint familiares ⁊ domeſtice.

Pillule alie añ cibum clariſſimi doctoris magiſtri panthaleonis de verſellis.

℞. tamarindorum
agarici trociſcati añ. ʒ. ſ.
reubarbari electi gra. xv.
pillularum elephanginarum. ʒ. i. ſ.
Fiat maſſa cum melle.

Pillule de agarico generaliter ſunt i vſu: ⁊ vbiqꝫ preparantur.

Pillule de agarico
D. M.

℞. agarici
maſticis añ. ʒ. iij.
rad lilij celeſtis
praſſij añ. ʒ. i.
turbith. ʒ. v.
yere pigre. ʒ. iiij.
colloquintide
ſarcocole añ. ʒ. ij.
mirre. ʒ. i.
Confice cum rob.

Iſte pillule ſunt multū vſuales: et vbiqꝫ ꝑparate reperiuntur.

Pillule de fumoterre. D. Auic. in quarto cañ. caplo de cura ſcabiei ⁊ pruritus.

℞. mirabolanorum citrinorum
kebulorum

nigroꝛum an̄.ʒ.v.
aloes.ʒ.viij.
ſcamonee.ʒ.v.
Sine ceſſatione, conf.ce cum ſucco fumiterre: ꝛ dimittantur donec exſiccentur ꝛ imbibantur vice alia ſic imbibendo ꝛ exſiccando vſq; ad tres vices. deinde dimittantur donec ſpiſſum fiat totum. ꝛ ex hoc toto formētur pillule.

Pillule ruffi.
Et ſunt pillule cōes

℞.aloes electi.ʒ.ij.
croci
mirre an̄.ʒ.i.
Confice cum vino aromatico.

Gloſa notanda.

¶ Iſte pillule ſunt multum vſuales: ꝛ vbiq; pꝛeparate reperiuntur. ſi tn̄ debeant accipi tempoꝛe eſtatis: laudant doctoꝛes vt lauetur aloes cū aqua endiuie. Et ꝙ etiā tpe epydimie addatur de bolo armeno tantum ꝙtum eſt aloes. hec notat Xpofoꝛus geoꝛgius ſuper meſ. A quibuſdam autem vocantur pillule arabice.

Pillule de aſſeyeret quas notat auicen̄. tercij pꝛima cap. de cura vniuerſali doloꝛis capitis. ꝛ eas doſauit īſignis ꝛ clarus doctoꝛ gentilis de fuligeneo. ꝛ multuꝫ ſunt vſuales. ꝛ ſic vbiq; pꝛeparate reperiuntur.

℞.yere pigre.ʒ.i.
maſticis
mirabolanoꝛum citrinoꝛum an̄.ʒ.ſ.
aloes optimi.ʒ.ij.
Fiant pillule cum ſirupo de ſticad.

Pillule ad oēs moꝛbos catarri. D.M.

Alias pillulas fere eaſdē cum iſtis poſuit meſ ca. de tuſſi. de intentiōe alexādri quas appellat pillulas de arnogloſſa. ſꝫ iſte ſūt ſecurioꝛes: qꝛ ibi coꝛrigit opiū ꝑ hoc qd̓ poſuit crocū qd̓ nō fit i alijs Et ſunt vſuales multū: ꝛ vbiq; ꝑparate reperiunt

℞.mirre trocliten.ʒ.vi.
olibani.ʒ.v.
opij
iuſquiami an̄.ʒ.iiij.
croci.ʒ.i.ſ.
rad̓ lingue canis.ʒ.iiij.
Fiant pillule.

Pillule bichie. i. ad tuſſiꝫ D.M. lib. de appꝛopꝛiatis. ſūma ſcd̓a particule ſcd̓e. ꝛ cap. ij.

℞.ſucci liquiricie
zuc. tabazed an̄. aureos. vi.
amidi aureos. vi.
dꝛagaganti
amigdalarum dulcium an̄. aure. iiij.
Confice cum muſcilagine pſillij aut ſeminis citonioꝛum.

Iſte pillule ſunt i vſu: ꝛ pꝛeparate reperiuntur

Pillule albe. D. eiuſdem meſ. lb. ꝛ ca. eiſdem vt pillule bichie ex aucto. raſ.

℞.ſucci liquiricie
amidi
dꝛagaganti
gummi arab
amigdalaꝝ dulciū excoꝛticatarū an̄.ʒ.i.
zuc. tabazed.ʒ.iij.
Confice cū muſcilagine ſeminis citonioꝝ.

Finit particula. xv.

Decimaſexta particula ſecundi libꝛi Incipit

Sequitur de littera Q. que ad litteram P immediate ſubſequit in oꝛdine minoꝛis alphabeti. in hac aūt ꝑticula erit ℞ta vnica.

Quadrimeron. D.N.

Quadrimeron
D.N.

Nō eſt in vſu: nec ꝑparatū reperitur

℞.elempni.ʒ.i.ʒ.iij.
ſeminis maratri.ʒ.i.
piperis.ʒ.vi.
cimini.ʒ.iij.
mellis quod ſufficit

Finit particula. xvi.

Decimaſeptima particula ſecundi libꝛi Incipit.

Sequitur de lr̄a R q̄ ad lr̄am Q immediate ſubſequitur in oꝛdine minoꝛis alphabeti. In hac aūt ꝑticula erūt ℞te ſequētes.

Requies. D.N.
Rub trociſcata. D.N.
Roſata nouella. D.N.
Rob de ribes. D.M.
Rob de agreſta. D.M.
Rob de coꝛnibus. D.M.
Rob de citonijs. D.M.
Rob de pomis. D.M.
Rob de piris. D.M.
Rob de pꝛunis. D.M.
Rob de granatis acetoſis. D.M.
Rob de perſicis. D.M.
Rob acetoſitatis citri. D.M.
Rob mirtinum. D.M.
Rob de berberis. D.M.
Rob de ſumach. D.M.
Rob de moꝛis de ſeni immaturis. D.M.
Rob de fructibus. D.M. Cuius due ponūtur recepte.

Requies.
D.N.

Hac cōfectiōe raro vtimur: interdū tn̄ vtimur: ꝛ inuenitur pꝛeparata

℞.roſarum
violarum an̄.ʒ.iij.

opij
iuſquiami
miconis
mandragore
ſcariole
lactuce
ſeminis portulace
pſillij
nucis muſcate
cinamomi
zuc. añ. ʒ. i. ſ.
trium ſandalorum
ſpodij
dragaganti añ. ℈. ij. gra. v.
mellis quod ſufficit.

Gloſa notanda.

¶ In hac confectione cōiter libri habent miconis papaueris albi: ⁊ alij habent papaueris nigri: ſed ego credo ꝙ fuit error ſcriptoris. ⁊ in antiquis libris habetur micōis id eſt papaueris albi. ⁊ ignari ſcriptores obmiſerūt ly: id eſt. ⁊ ſcripſerunt poſtea papaueris albi ⁊ alij papaueris nigri neſcientes quid facerent. ponit etiam ibi zuc. ʒ. i. ſ. neſcio ad quid conferret. ⁊ credo ꝙ falſo: ſed debuit dicere zaccarie. J. pſillij: ſed qđ me facit dubitare eſt: qꝛ ſupra poſuit pſillij. et forte fuit error ſcriptoꝝ.

Rub trociſca.
D. N.

Hec confectio habetur in vſu: ⁊ vbiqꝫ pparata repit.

℞. liquiricie
cinamomi
papaueris albi añ. ʒ. iij. ℈. i. gra. v.
croci
roſarum
iuſquiami
ſeminis apij añ. ʒ. ij. gra. xv.
nardi
violarum añ. ʒ. i. gra. vij. ſ.
gariofilorum
ſtoracis
opij thebayci añ. ʒ. ſ.
trociſcorum crocomagmatis
trociſcorum ydiocri
mirre
aniſi añ. gra. xv.
mellis quod ſufficit

Roſata nouella
D. N.

Aliqui vtūtur magiſtraliter hac confectione ⁊ preparata reperitur

℞. roſarum
zuc.
liquiricie añ. ℥. i. ʒ. i. ℈. ij. ſ.
cinamomi. ʒ. ij. ℈. ij. gra. ij.
gariofilorum
nardi
zinziberis
galange
nucis muſcate
zedoarie
ſtoracis calamite
cardamomi
apij añ. ℈. i. gra. viij.
mellis quod ſufficit

Rob de ribes
D. M.

℞. ſucci ribes lb. x.
Coque cum facilitate vſqꝫquo conſumatur tertia pars ipſius. deinde coletur ⁊ dimittatur reſidere vſqꝫ dum clareſcat. deinde coquatur cum multa facilitate in vaſe vitreo vſqꝫ dum habeat ſpiſſitudinem. Aut exponatur ſoli vſqꝫ dum pingueſcat. i. habeat ſpiſſitudinem.

Rob de agreſta. D. M.
Rob de cornibus. D. M.
Rob de citonijs. D. M.
Rob de pomis. D. M.
Rob de piris. D. M.
Rob de prunis. D. M.
Rob de granatis acetoſis. D. M.
Rob de perſicis. D. M.
Rob acetoſitatis citri. D. M.
Rob mirtinum. D. M.
Hec omnia fiunt ſicut rob de ribes.

Rob de berberis
D. M.

Rob de berberis fit ſicut rob de ribes. Excepto ꝙ ſi non habeat ſuccus berberis: accipe ex eis ſiccis lb. ij. ⁊ proijce ſuper illud ſucci agreſte lb. iij. Et dimitte per tres dies donec humectentur. deinde fricentur manibus ⁊ exprimatur aquoſitas tota ⁊ coquatur vt rob de ribes.

Rob de ſumach. D. M.
Rob de moris de ſeni immaturis. D. M.
Hec duo fiunt ſicut rob de berberis

Rob de fructibus
D. M.

Nō eſt in vſu: nec pparatū reperitur

℞. ſucci granatorum acetoſorum ⁊ muſoꝝ
ſucci citoniorum acetoſorum
ſucci pirorum immaturorum
ſucci pomorum montanorum. id eſt ſilueſtrium ⁊ acetoſorum
ſucci zazur
ſucci agreſte
ſucci acetoſitatis citri añ. partes equales.
proijce in eis berberorum ⁊
ſumach añ. partem. ſ.
Fiat ſicut diximus in rob de berberis

Rob aliud de fructibus. D. M.

Nō eſt in vſu: nec pparatū reperitur

℞. ſucci granatoꝝ acetoſoꝝ ⁊ muſoꝝ
aque prunorum
aque tamarindorum añ. partes equales
ſucci acetoſitatis citri partem. ſ.
Fiat vt in rob de ribes.

Finit particula. xvij.

Decimaoctaua particula ſecundi libri Incipit.

ſ Equitur conſequenter de littera S que ad litteram R immediate ſubſequitur in ordine litterarum minoris alphabeti. Erunt autem in hac particula ℞te ſequentes.

Suffuf de ligno aloes. D.M.
Suffuf dyarodon. D.M.
Suffuf aromaticum. D.M.
Suffuf impinguatiuum. D.M.
Suffuf de granis mirti. D.M.
Suffuf ad tuſſim antiquam. D.M.
Sotira magna. D.N.
Stomaticum calidum. D.N.
Stomaticum frigidum. D.N.
Stomaticum confortatiuum. D.N.
Sirupus de pomis. D.M.
Sirupus de piris. D.M.
Sirupus de perſicis. D.M.
Sirupus de citonijs. D.M.
Sirupus de ſucco cucurb. D.M.
Sirupus de ſucco acetoſe. D.M.
Sirupus de granatis acetoſ. D.M.
Sirupus de granatis dulcibus. D.M.
Sirupus de corticibus citri. D.M.
Sirupus acetoſitatis citri. D.M.
Sirupus de agreſta. D.M.
Sirupus de keſmes. D.M.
Sirupus de albela. D.M.
Sirupus dinarij ſiue de bizancijs. D.M.
Sirupus conferens catarris calidis tuſſi corriſe et pleureſi: cuius due ponuntur ℞te
Sirupus de cannis. D.M.
Sirupus de portulaca. D.M.
Secaniabi ſolõe educens fleuma. D.M.
Secaniabi ſolõe educẽs melẽcoliã. D.M.
Secaniabin de keyſim. D.M.
Secaniabin de calamento. D.M.
Sirupus de menta. D.M. Cuius due ponuntur ℞te
Sirupus de abſinchio: Cuius tres ponuntur ℞te.
Sirupus de fumoterre: Cuius quinque ponuntur ℞te.
Sirupus de liquiricia. D.M.
Sirupus de yſopo. D.M.
Sirupus de preſſio. D.M.
Sirupus de calamento. D.M. Cuius due ponuntur ℞te
Sirupus de thimo. D.M.
Sirupus de epythimo. D.M.
Sirupus de eupatorio. D.M.
Sirupus de ſticad. D.M.
Sirupus contra acutas febres. D.N.
Sirupus roſ. D.N.
Sirupus viola. D.N.
Sirupus menufarinus. D.N.
Sirupus de papauere. D.M. cuius tres ponuntur ℞te
Sirupus mirtinus: cuius due ponũt ℞te.
Sirupus cõtra oẽm vẽtris fluxum. D.N.
Sirupus acetoſus ſimplex. D.M.
Sirupus acetoſus compoſitus: cuius due ponuntur ℞te.
Sirup9 acetoſus d ſuccis herbarum. D.M.
Sirup9 acetoſus de ſuccis fructuũ. D.M.
Sirupus acetoſus de ſuccis et aquis fructuum. D.M.
Sirupus acetoſus de citonijs. D.M.
Sirupus acetoſus de pomis. D.M. Cui9 tres ponuntur ℞te
Sirupus acetoſus de prunis. D.M.
Sirupus acetoſus de teremabĩ. D.M.
Sirupus acetoſus laxatiuus. D.M.
Sirupus de enduiia. D. gentilis de fuligeneo
Sirupus de artemeſ. D. Johãnis mathei de gradi.

Suffuf de ligno aloes. D.M. — Nõ eſt in vſu: nec pparatũ reperitur

℞. ligni aloes. ʒ. iij.
cardamomi
mente ſicce
ſpice
marmacor
cyperi
corticis citri añ. ʒ. iij.
gallie
ſquinanti añ. ʒ. i.
aniſi
maſticis
apij añ. ʒ. ij.
zuccare ad pondus omnium

Suffuf dyarodon. D.M. — Non eſt ĩ vſu nec preparatũ reperitur

℞. trociſcorum dyarodon
maſticis añ. ʒ. iij.
carabe
mente ſicce
ligni aloes añ. ʒ. ij. ſ.

Suffuf aromaticum. D.M. — Non eſt in vſu etc.

℞. aniſi aureos. xij.
ſeminis feniculi aureos. iiij.
liquiricie
zinziberis añ. aureos. iij.
gariofilorum
macis
cinamomi
gallange añ. aureos. ij.
gallie muſcate aureum. i.
ligni aloes
corticis citri añ. aure. i. ſ.
muſci boni. ℈. i.
zuc. tabazed ad pondus omnium

Suffuf impinguatiuum D.M. — Nõ eſt in vſu: nec preparatũ reperitur

℞.farine cicerum ĩfuſoꝛuꝫ in lacte dulci ꝛ
exſiccatoꝛum tribus vicibus.deinde toſto-
rum.ʒ.vi.
Riſi abluti multotiens ꝛ exſiccati.ʒ.ij.
tritici|
oꝛdei excoꝛticatoꝛum ꝛ ablutoꝛum ꝛ exſic-
catoꝛum multotiens ꝛ infuſoꝛum in lacte
multotiens ꝛ exſiccatoꝛum an̄.ʒ.iij.
amigdalarum dulcium.ʒ.v.
papaueris
toꝛtelarum de ſeni an̄.ʒ.iiij.
zuc.tabazed lb.i.
Terantur

Gloſa notanda.

¶In hac confectione ponitur farina cice-
rum infuſoꝛum in lacte ꝛc̃.Quod notanter
ita debet fieri vt pars nitroſa exaletur:im-
mo ſi cicera multum decoquerētur in lacte:
ꝛ poſtea exſiccarentur foꝛte eſſet conueni-
entius.Et videas quod notauimus ſuper
dyaſatirion deſcriptionis Meſue ſupꝛa in
littera.D.

Suffuf de granis
mirti.D.M.

℞.granoꝛum mirti
granoꝛum granatoꝛum acetoſoꝛum
toſtoꝛum an̄.ʒ.xx.
cimini carmeni infuſi in aceto per diem et
noctem ꝛ exſiccati
coꝛiandri ſimiliter pꝛeparati poſtea toꝛre-
facti
ſauich
anabach
carnub de ſpinis
ſumach
glandium an̄.ʒ.x.
cart
carant an̄.ʒ.v.

Non eſt in vſu

Suffuf ad tuſſim antiquam
ꝛ doloꝛem pectoꝛis.D.M.

℞.amigdalarum dulcium
zuc.an̄.ʒ.ij.
ſeminis feniculi.ʒ.ſ.
Tere

Non eſt in vſu

Sotira magna
D.N.

℞.ſtoꝛacis.ʒ.iiij.ſ.
apij
coſti
mirre
petromacedonici
opij an̄.ʒ.iij.
ſizelei.ʒ.ij.℈.ij.
piperis nigri.ʒ.ij.℈.i.ſ.
cinamomi
nardi an̄.ʒ.ij.℈.ſ.
ſquinanti
ſyꝛace

Quidā libꝛi habēt cinoni:ſꝫ falſo qꝛ cinonū eſt petro-macedonicum.

aniſi an̄.ʒ.ij.
caſtoꝛei.ʒ.i.ſ.
reupontici.ʒ.i.℈.i.
crocomagmatis
azari an̄.℈.i.
piperis albi.℈.ij.ſ.
ydyocri.ʒ.ſ.
amomi
piperis longi an̄.℈.i.
Alij ponunt
croci.ʒ.ij.℈.ij.
meu
yꝛei an̄.ʒ.i.
caſſie.ʒ.ij.

Hic azarum debꝫ tantū pulueriſari qꝛ repat ad vias vꝛine.

Stomaticum
calidum.D.N.

Non eſt in vſu

℞.zuc.lb.i.
aque lb.i.
cinamomi
zinziberis an̄.ʒ.ij.
gariofiloꝛum
gallange an̄.ʒ.i.
nucis muſcate
ſpice
ligni aloes
cardamomi
macis an̄.ʒ.i.ſ.
Confice ſic
Supꝛadictū zuc.pone in ſtagnato cū aqua
ꝛ tādiu buliat ſemp cū ſpatula agitādo do-
nec ad aq̄ cōſumptōem veniat.Deinde pul
uis pꝛedictaꝝ ſpecieꝝ bene cribꝛatus ſemp
agitādo cū ſpatula in ſtagnato vaſe ſupaſp
gat ꝛ bene miſceat.Cū aūt ꝓbare volueris
vtrū coctū ſit vel nō:gutta ſuper marmoꝛ
ꝓijciat:marmoꝛe pꝛius inūcto cū oleo roſa
to vel violato vel oleo cōi abluto.Et ſi be-
ne coaguleť coctū eſt.Si nō:nō.Tūc ſi co
ctū eſt accipe ꝛ ſup marmoꝛ ponať ꝛ cū cul
tello de eodē oleo inūcto fruſtratī inſcinda
tur dū eſt calidum.Et potes facere ipſum
laxatiuuꝫ addendo ad oēm lb.confectionis
ʒ.i.ſcamonee.

Gloſa notanda.

¶Videas qꝛ ſi laxatiuū facere volueris et
apponas ad oēꝫ lb.cōfectōis.ʒ.i.ſcamonee
in qualibꝫ.ʒ.cōfectōis intrarēt.℈.ij.de dya
gridio.Et ſic ī doſi huius cōfectōis quā po
nit actoꝛ iſte:ſcꝫ quātitatē parue nucis q̄ eſt
aureꝰ iꝰ.ſiue.ʒ.i.ſ.ītrahūt de dyagridio gra.
vij.ſ.Et reuera hec doſis eſt cōueniēs:im
mo ī robuſtis poſſet augeri doſis.Sꝫ actoꝛ
iſte vltra modū ſuū cōſuetū ſic doſim miti-
gauit huiꝰ farmaci:qꝛ hoc farmacū ſolū oꝛdi
nauit ꝓ delicatis q̄ adeo ſtomacū dedignātē
hn̄t qꝛ fere nullas medicinas accipe poſſūt

Stomaticū frigidū.D.N.

Non eſt in vſu

℞.zuc.lb.i.

ſandali albi ꝛ rubei añ.ʒ.i.ſ.
ſpodij
berberis
ſeminis poꝛtulace
ſcariole
ſeminis melonū paleſtinoꝝ
ſucci liquiricie
roſ
violarum
menuffaris añ.ʒ.i.
Confice ſicut in ſtomatico calido dictū eſt.
Et poteſt fieri laxatiuum ſicut illud.

Nõ eſt in vſu: nec ꝑparatū reperitur

Stomaticum confoꝛtatiuum D.N.

℞.ʒuc.lb.iiij.
gariofilo.ʒ.ij.
ſpice nardi
roſarum
zedoarij
zinziberis
cardamomi
cinamomi
nucis muſcate añ.ʒ.i.
gallange maſticis añ.ʒ.ſ.
ſirup.roſ.q.ſ.
Confice ad modum alioꝛum.

Non eſt in vſu

Sirupus de pomis D.M.

℞.ſucci pomoꝛum dulcium ꝛ acetoſoꝛum añ.lb.v.
Coquatur ſuccus vſqꝫ ad conſumptionem medietatis: ꝛ dimittatur per dies duos vſqꝫ dum clareſcat. Deinde coletur. ꝛ cum ʒuc.lb.iij.
Fiat ſirupus
Et ſunt qui ſubmergunt in ſucco cetam tinctam in kermes ante ſucci depurationem: vſqꝫ dum rubeat ꝛ recipiat virtutem tincture.

Sirupi

De piris
De perſicis D.M.
De citonijs
Fiunt ſicut ſirupus de pꝛunis

Sirupus de citoñ non eſt in vſu
Iſte ſirupus eſt ĩ vſu

Sirupus de ſucco acetoſe. D.M.

Fit ſicut ſirupus de ſucco violarum. de quo infra.

Non eſt in vſu

Sirupus de ſucco cucurbite. D.M.

Accipe cucurbitā magnā ꝛ inuoluat pasta ꝛ coquatur in furno cuius expꝛeſſionis
Accipe lb.v.
ʒuc.lb.iij.
Fiat ſirupus

Non ſunt in vſu.

Sirupus de pꝛunis. D.M.

Fit ſicut ſirupus de ſucco violarum.

Sirupi

De granatis dulcibus
De granatis acetoſis
Ambo deſcr ptionis meſ.
Fiunt ſicut ſirupus de pomis

Non eſt in vſu

Sirupus de coꝛticibus citri. D.M.

Accipe coꝛticū pomoꝝ citri recentiū lb.i.
Coque cum aque fontis lb.v. vſqꝫ ad conſumptionem duarum partiū. ꝛ cum lb.iij. zuccare fiat ſirupus ꝛ condiantur cum muſci gra.iiij.
Et quidā pꝛoijciunt in ſirupo ex coꝛticibus citroꝝ partes conuenientes. Et ꝑpꝛie qñ vicinatur cōplemento cocture eius. Et qñ qꝫ ſubmergitur in aqua decoctionis citri.
Seta intincta in kermes

Iſt e ſir. eſt vſualis q: ingredit alias cōfectiões: alis raro vtimur eo.
Et hic ſunt notanda oīa q̄ dicta ſunt de citris ſupꝛa in ꝟta de citris conditis in littera C.

Sirupus acetoſitatis citri. D.M.

Accipe ſucci acetoſitatis citri lb.xij.
Coque in vaſe vitreato ſupꝛa pꝛunas cum facilitate donec tertia pars conſumatur. deinde coletur colatoꝛio depꝛeſſo: ꝛ dimittatur clarificari. Tunc
Accipe ex eo qđ clarum eſt lb.vij. ꝛ infūde ſup ipm ex iulep claro depurato lb.ij.
Coque donec inſpiſſetur. Si aūt eſtas fuerit dimittatur in ſole donec eius aquoſitas conſumatur.

Iſte ſir. eſt ĩ vſu ꝛ ꝑparatus reperit

Gloſa notanda.

¶ Receptā iulep vide ſupꝛa in littera J.
Et ſi opus ſit addere de zuccara: adde q̄tū ſufficit. Si tñ debeat pꝛopinari recens pōt fieri cū iulep ſolo abſqꝫ ʒuc. q: ſatis cuꝫ eo dulcoꝛabit. Sin aūt pōt addi de ʒuc. ꝛ decoque ad ꝑfectiōeꝫ ſirupi: vt melius cōſeruet aut pone ad ſolē vſqꝫquo humiditas aquoſa cōſumat q̄ poſſet fieri cauſa coꝛruptiōis ꝛ putrefactōis eius. ꝛ foꝛte tunc poſſet cōſeruari ſicut cōſeruat rob: aut potent ſeruari ſicut docet meſ de mō cōſeruatōis iulep ꝛ vt docuimus libꝛo pꝛimo de cōſeruatōe ſuccoꝝ: diſtilando oleū in oꝛificiū vaſis ſtricti oꝛificij ꝛ claudendo oꝛificiuꝫ vaſis bene ſtricte ꝛ apponatur ſoli per dies.xl.

Sirupus de agreſta. D.M.

Fit ſicut ſirupus de acetoſitate citri.
Et quidam condiunt cum gariofilis.

Iſte ſirupus eſt vſualis

Sirupus de kermes. D.M.

Fit ſicut ſir. iuiubinus. de quo infra

Non eſt in vſu

Sirupus de albela. D.M.

Sumantur albela ꝛ enucleent ꝛ cōterantur ꝛ conquant vſqꝫ ad cōſumptōem duaꝝ partiū. Et addito zuccaro qđ ſufficit
Fiat ſirupus vt decet.

Non eſt in vſu

Sirupus dinarij ſiue
de biſancijs. D. M.

℞. ſucci endiuie
ſucci apij an̄. lb. ij.
ſucci lupuli
ſucci bugloſſe domeſtice: aut
ſilueſtris an̄. lb. i.
Buliant ebulitione vna: ⁊ deſpumenť. Et
accipe eius clarificati lb. iiij.
zuc. tabazed lb. ij. ſ.
Coquanť cū facilitate donec fiat ſirupus.
Et quandoq; ad omnem partem ſucci hu-
ius de ſpumati ponitur
aceti albi ⁊ clari partem. ſ.
Et quandoq; buliunt in ſuccis
foliorum roſ. ℥. i.
liquiricie. ℥. ij.
aniſi
feniculi
ſeminis apij an̄. ℥. ij.

Gloſa notanda.

¶ Iſte ſirupus eſt valde famoſus quare habetur in continuo vſu. Sub iſto autem nomine vulgari de bizancijs vbiq; preparať. Dupliciter tn̄ ſolet appellari: ſcʒ ſirupꝰ de bizancijs ſimplex. Et hoc eſt qn̄ fit ſm̄ ſimplicē eius deſcriptōem. Scd̄o modo ſolet appellari ſirupus de bizancijs cū additione Et hoc eſt qn̄ fit cū additione illa q̄ in fine recepte ponitur cū dicit. Et qn̄q; ad omnē partem ſucci huius ⁊c̄. Et inuenitur preparatus cōiter ſirupus de bizancijs ſimplex: ⁊ etiam ſirupus de bizancijs cū additione. Non tn̄ ſm̄ additionē quam dixi. Et qn̄q; ad omnem partem ſucci huius depurati ponitur acetum ⁊c̄. Sed ſm̄ ſequentem additionem qua ſubiungitur. Et qn̄q; buliunt ī ſuccis folioꝝ roſ. ⁊c̄. Illa em̄ eſt additio q̄ apud nos eſt vſitata.

Sirupus conferens catarris
calidis tuſſi coriſe ⁊ pleureſi
D. M. — Non eſt in vſu

℞. iuiubas
ſebeſten an̄. C. numero
violarum
manne an̄. ℥. i.
liquiricie
florum bugloſſe an̄. ℥. xij.
ſeminis malue
ſeminis citoniorum an̄. ℥. vi.
Cum zuc. lb. ij.
ſucci maloꝝ granatorum dulcium lb. i.
Fiat ſirupus

Alius ad idem. D. N. quem appellat ſirupū ad pleureticos et peripleōnicos ptiſicos ⁊ ethicos. — Non eſt in vſu

℞. aque lb. iiij.
Infunde ibi
violarum. ℥. ij. ſ.
liquiricie
papaueris albi an̄. ℥. ſ.
ſeminis citoniorum
ſeminis malue mundate
medule ſeminis bōbacis
ſeminum melon̄
citruli
cucumeris: ⁊
cucurbite mund̄
ſeminis portulace
dragaganti
gummi arabici an̄. ℥. iij.
Omnia iſta bene trita pone in ſacculo ⁊ ſacculus in aqua predicta ponatur: ⁊ buliat ad medietatem euiſdem aque. ⁊ ſacculo extracto ponatur zuc. lb. ij. in aqua. Et fiat ſirupus clarificatus vt decet.

Sirupus de
cannis. D. M. — Non eſt in vſu

℞. ſucci granatorum dulcium lb. iiij.
aque. id eſt ſucci mororum de ſeni
aque. id eſt ſucci cannarum
zuc.
penidiarum an̄. lb. i. ſ.
Fiat ſirupus cum ſuccis ſupple predictis clarificatis ⁊ decoctis.

Sirupus de portulaca
D. M. — Non eſt in vſu

℞. ſucci endiuie cocti ⁊ depurati lb. iiij.
ſeminis portulace. ℥. xij.
Terantur ſemina. ⁊ fundatur deſuper ſuccus ⁊ dimittatur in vaſe lapideo per noctē ⁊ diem ⁊ coquatur cū facilitate vſq; ad medium ⁊ coletur. Et additis
zuc. lb. ij.
Fiat ſirupus.
Et quidam addunt
aceti lb. i. aut
ſucci maloꝝ granatoꝝ acetoſoꝝ lb. i. ſ.

Secaniabin ſolōe
educens flegma. D. M. — Non eſt in vſu

Accipe ſecaniabin de radicibus quantitatē circiter lb. ij. ⁊ ſuſpende in ipſo qn̄ decoquitur medulam cartami ligatam in panno raro ſubtili ⁊ frica omni hora donec pficiať decoctio. Et quandoq; ponitur in eo
turbith: ⁊
zinziberis
Ligata in panno ſubtili ⁊ ſuſpenſa

Secaniabin ſolōe educens
melencoliam. D. M. — Non eſt in vſu

℞. thimi
calamenti
agarici
liquiricie
bugloſſe domeſtice: ⁊

ſilueſtris añ.ʒ.i.
polipodij.ʒ.iij.
camedreos
camepiteos
ſticad
aniſi
bedegaris añ.ʒ.v.
paſſularum enucleatarum lb.ſ.
Fundãtur ſuper ea
aceti boni albi
ſucci bugloſſe añ.lb.ij.ſ.
aque lb.ij.
Et dimittatur p diẽ ꝛ noctem. Deinde coquatur cũ facilitate vſqꝫ ad medietatẽ. tũc colet ꝛ cum mellis lb.ij. fiat ſecaniabin.
Et in decoctione ipſius ponantur in pãno
epythimi.ʒ.i.
elebori nigri aureos.iij.
Et ſuſpẽdant in eo ꝛ fricent ſicut diximꝰ

Non eſt in vſu.

Secaniabin de keyſim
D.M.

℞.radicum feniculi
apij
petroſelini
calamenti
dauci añ.ʒ.i.
zinziberis
ſeminis aniſi
apij
keyſim
eupatorij
azari
abſinchij
carui añ.ʒ.ſ.
gariofilorum
gallange añ.ʒ.iij.
ſpice.ʒ.ij.
Coque in aceti lb.iiij. vſqꝫ ad medium. cũ mellis lb.ij. Fiat ſecaniabin.

Dic azarũ dꝫ tãtũ pulueriſari qꝫ repat ad vias vrine

Non eſt in vſu

Secaniabin de calamento
D.M.

℞.radicum apij
feniculi
endiuie añ.ʒ.i.
ſquinanti.ʒ.ij.
ſeminis apij
feniculi
aniſi añ.ʒ.vi.
ſpice
azari
maſticis
caſſie
calamenti agreſtis
calamenti domeſtici
dauci
petroſelini añ.ʒ.iiij.
gariofilorum
keyſim
zinziberis
gallange añ.ʒ.ij.
In lb.iiij. aceti ꝛ aque lb.ij. buliant donec tertia pars remaneat. ꝛ adde mellis deſpumati lb.iij.

Sirupus de calamento.
D.M.

Raro venit in vſũ ꝛ vbi venit in vſũ qdam ſm hãc primã ꝛ qdã ſm ſecũdam componũt receptam.

℞.calamenti domeſtici
calamenti agreſtis añ.ʒ.ij.
keyſim
dauci
ſquinanti añ.ʒ.v.
paſſularum enucleatarum lb.ſ.
mellis lb.ij.
Fiat ſirupus.

Sirupus alius de
calamento. D. eiuſdem

Non eſt in vſu vt notatum eſt.

℞.ſucci calamenti.lb.iiij.
ſucci malorum granatorum acetoſorum cũ pulpa ſua interiori lb.v.
vini odoriferi lb.iiij.
Coque vſqꝫ ad medium. Deinde dimitte p duos dies vt reſideat. Et cum
zuc.lb.iiij.
Fiat ſirupus.
Et aromatizetur cum
gallie aromatice.ʒ.ij.
Et pone in vaſe vitreo ꝛ ſtringatur orificium. Et dimittatur in ſole per dies.xl.

Sirupus de
menta. D.M.

Iſte ſirupus nõ ẽ in vſu ſm pñtem D. ſed ſꝫ ſequẽtẽ

℞.ſucci mente lb.i.
ſucci granatorum dulcium ꝛ acetoſorum q iam cocti ſunt ad medium lb.ij.
mellis deſpumati: aut
zuc.lb.i.
Decoquatur ꝛ fiat ſirupus.

Alius
D. eiuſdem.

Iſte ſirupus ſm pñtem deſcriptionem eſt vſualis ꝛ vbiqꝫ preparatus reperitur.

℞.ſucci citoniorum
ſucci pomorum muſorũ
ſucci pomoꝝ dulcium
ſucci granatoꝝ dulcium
ſucci granatoꝝ acetoſoꝝ
ſucci granatorum muſorum añ.lb.i.
Proijciatur deſuper per diem ꝛ noctem
mente ſicce lb.i.ſ.
foliorum roſ.ʒ.ij.
Deinde coquatur cum facilitate vſqꝫ ad medium. ꝛ cũ mellis: aut zuccare lb.ij. fiat ſirupꝰ
Et aromatizetur cum gallia.

Licꝫ poſſit fieri cũ melle ꝛ cũ zuc. cõiter tamen fit cum zuc. ſola.

Sirupus de abſinchio
D.M.

Iſte ſirupus habetur in vſu.

℞.abſinchij romani lb.ſ.
roſarum rubearum.ʒ.ij.
ſpice.ʒ.iij.
vini antiqui boni ꝛ odoriferi
ſucci citoniorum añ.lb.i.ſ.

Dimittantur per diem ⁊ noctem in vaſe la
pideo. Deinde coquatur cum facilitate vſqꝫ
ad medium. Et cum
mellis lb.ij.
Fiat ſirupus.

Non eſt in vſu ſm hanc deſcriptōem ſed ſm pꝛimam.

Aliùs ſirupus
D. eiuſdem

℞. abſinchij romani. ʒ. C.
Decoquantur in aque lb.iij. vſqꝫ ad tertiā
partem. Deinde fricetur manibus ⁊ cole-
tur: ⁊ cum mellis ⁊ vini añ. lb.i.
Fiat ſirupus.

Iſte ſirupus non eſt in vſu ſm pñ-tem deſcriptōem

Sirupus de fumo
terre. D. N.

℞. omnium mirabolanorum añ. ʒ. x.
thimi
ſene
mirre
genciane
baccarum lauri añ. ℥. i.
epythimi
cuſcute
eupatorij
abſinchij
vtriuſqꝫ lapacij
ſcabioſe
enulle
borraginis
radicis apij
feniculi añ. ʒ. xx.
liquiricie
polipodij añ. ʒ. x.
thamarindorum
caſſiefiſtule mundate añ. ℥. iij.
paſſularum mundatarum
roſarum
manne
violarum añ. ℥. i.
pruna. xv.
ſucci fumiterre
ſucci borraginis añ. q. ſ.

Non eſt in vſu

Alius
D. eiuſdem

℞. pruna damaſcena. xl. numero
vuarum paſſularum mundatarum ab arillis. ℥. i.
caſſiefiſtule
tamarindorum añ. ℥. ij. ſ.
omnium mirabolanorum
abſinchij
epythimi
cuſcute
liquiricie
florum borraginis
aniſi
maratri añ. ʒ. x.
violarum
polipodij añ. ʒ. xx.
zuccare lb. v.

ſucci fumiterre. q. ſ.

Sirupus de fumo
terre maior. D. M.

Iſte ſirupus ſꝫ pñ-ſentē deſcriptōeꝫ eſt vſualis multū: ⁊ vbiqꝫ preparatꝰ reperitur.

℞. omnium mirabolanorum añ. ʒ. xx.
florum bugloſſe vel borraginis
violarum
abſinchij
cuſcute añ. ℥. i.
liquiricie
roſarum añ. ℥. ſ.
epythimi
polipodij añ. ʒ. vij.
prunorum
paſſularum enucleatarum añ. lb. ſ.
tamarindorum
caſſiefiſtule añ. ℥. ij.
Hec omnia bulliant in. x. lb. aque vſqꝫ dum
deueniant ad lb. iij. Et cum ſucci fumiterre
cocti ⁊ depurati: ⁊ zuc. añ. lb. iij.
Fiat ſirupus.

Iſte ſirupus non eſt in vſu: nec preparatus reperitur

Sirupus de fumo
terre minor. D. M.

℞. mirabolanorum citrinorum. ℥. ij.
violarum
cuſcute
abſinchij añ. ℥. i.
Coquantur cum lb. vij. aque vſqꝫ ad terti-
am partem. Et accipe ſucci fumiterre cocti
⁊ deſpumati lb. ij.
zuc. lb. ij. ſ.
Et quidam ſuſpendunt in eo cum coquitur
ſcamonee ligate in panno raro. ℥. ſ.

Sirupus de liquiricia
D. M.

Sirupus de liqricia eſt vſualis.

℞. liquiricie. ℥. ij.
capillorum veneris. ℥. i.
yſopi ſicce. ℥. ſ.
Proijce deſuper
aque lb. iiij.
Et dimitte die ac nocte. Deinde coque ad
medium. Et cum
mellis
zuc.
penidiorum añ. ℥. viij.
aque roſ. ʒ. v.
Fiat ſirupus

Sirupus de yſopo
D. M.

Sirupus de yſopo eſt vſualis multū ſm pñtem deſcriptionem.

℞. yſopi ſicce
radicis apij
feniculi
petroſelini
liquiricie añ. ʒ. x.
ordei mundati. ℥. ſ.
ſeminis malue
dragaganti
ſeminis citoniorum añ. ʒ. iij.
capillorum veneris. ʒ. vi.

iuiubas
ſebeſten an̄.xxx.numero
paſſularum enucleatarum.ʒ.xx.
ficus ſiccas
dactilos pingues an̄.x.numero
penidiarum albarum lb.ij.
Fiat ſirupus.

Sirupus de praſſio D.M.

Iſte ſirupus gn̄aliter eſt in vſu: et vbiqꝫ preparatus reperitur. Et nota hic qd̄ notatum eſt in dyapraſſio viridi.

℞.praſſij viridis.ʒ.ij.
yſopi ſicci
capillorum veneris an̄.ʒ.i.
calamenti
aniſi
rad̄ apij
rad̄ fen̄.an̄.ʒ.v.
ſeminis malue
fenugreci
yreos an̄.ʒ.iij.
ſeminis lini
ſeminis citoniorum an̄.ʒ.ij.
paſſularum enucleatarum.ʒ.v.
ficus ſiccas pingues numero.xvi.
penidiarum lb.i.
mellis boni lb.ij.
Fiat ſirupus.

Sirupus de thimo D.M.

Non eſt in vſu

℞.extremitatum thimi.ʒ.ij.
calamenti
mente ſicce an̄.ʒ.v.
aniſi
apij
feniculi
dauci an̄.ʒ.iiij.
paſſularum enucleatarum.ʒ.iiij.
mellis lb.ij.
Fiat ſirupus.
Et aromatizetur cum gallie.ʒ.ij.

Sirupus de epithimo. D.M.

Iſte ſirupus ē vſualis multum.

℞.epythimi.ʒ.xx.
mirabolanorum citrinorum
indorum an̄.ʒ.xv.
cuſcute
fumiterre an̄.ʒ.viij.
thimi
bugloſſe
calamenti
emblicorum
bellericorum
liquiricie.
polipodij
agarici
ſticad̄ an̄.ʒ.vi.
roſarum
ſeminis feniculi
aniſi an̄.ʒ.ij.
pruna.xx.
paſſularum enucleatarum.ʒ.iiij.
thamarindorum.ʒ.ij.ſ.
zuc.lb.iij.
rob lb.ij.
Fiat ſirupus.

Sirupus de eupatorio D.M.

Iſte ſirupus ē vſualis multum.

℞.radicum apij
feniculi
endiuie an̄.ʒ.ij.
liquiricie
ſquinanti
cuſcute
abſinthij
roſarum an̄.ʒ.vi.
capillorum veneris
bedegaris
ſuccaha
florum bugloſſe.aut
radicum eius
aniſi
feniculi
eupatorij an̄.ʒ.v.
rauendeſeni
maſticis an̄.ʒ.iij.
ſpice
azari
folij an̄.ʒ.ij.
Coque in aque lb.viij.ad tertiā partē.⁊ cū zuccare lb.iiij.⁊
ſucci apij.⁊
ſucci endiuie
quantitate ſufficienti
Fiat ſirupus.

Attende ꝙ ſuccaha eqpolet bedegari in virtute vt tan̄. in expōe hui⁹ nois ſuccaha.rō eo carentes multiplicamus quantitatē bedegaris.

Dic azarū oꝫ tātū pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine

Sirupus de ſticados D.M.

Iſte ſirupus ſꝫ p̄ſentē deſcriptōēꝫ eſt vſualis: et ſic vbiqꝫ preparatus reperitur.

℞.florum ſticad̄.ʒ.xxx.
haſce
calamenti
origani an̄.ʒ.x.
aniſi
piretri an̄.ʒ.vij.
piperis longi.ʒ.iij.
zinziberis.ʒ.ij.
paſſularum enucleatarum.ʒ.iiij.
zuc.lb.v.
Condiantur cum
cinamomi
calami aromatici
croci
zinziberis
piperis nigri
piperis longi an̄.ʒ.i.ſ.
Liga in panno raro:⁊ ſuſpende in ſirupo.

Sirupus cōtra acutas febres.D.N.

Iſte ſirupus non eſt in vſu: nec pre

Paratuȝ reperitur

℞.ſucci portulace
ſuca meloñ paleſtiñ añ.lb.
citruli
cucumeris
cucurbite
capilli veneris
herbe epatice
pollitrici
adyantos
ceterac
Iſta in aqua vel in ſuccis predictis fac bu-
lire: ⁊ adde
liquiricie mundate ⁊ trite
dragaganti
violarum añ.ℨ.i.
pruna.v.numero
ſemperviue.ℨ.i.
Deinde colentur: ⁊ colature addas
zuc.lb.i.
Et fiat ſirup.clarificatus vt debet. Tunc
accipe pſillij
ſeminis citoniorum añ.℈.i.
Mitte in ſacculo. ⁊
ſandali albi
ſandali rubei
ſpodij
berberis
roſ
ſeminis portulace
ſeminis lactuce
ſeminis ſcariole añ.ʒ.ſ.
Horum pulueres in ſacculo etiam bulire fa
cias. Et ibidem
reubarbari pulueriſati.ℨ.i.
Similiter in ſacculo fac bulire vſq; ad finē
decoctionis hec predicta. Deinde remoue
⁊ vſui reſerua.

Sirupi
D.M.

℞.roſarum
violarum
Deſcripti ſunt in littera I receptis infuſio
nis roſarum ⁊ violarum: ⁊ tu ibi videas qđ
diximus.

Iſte ſirupus ē mul
tū vſualis: ⁊ vbiq;
preparatus reperi
tur ſm p̄ntem de-
ſcriptionem.

Sirupus alius de violis
D.M.

℞.violarum.ℨ.ij.
ſeminis citoniorum
ſeminis malue añ.ʒ.viij.
iuiubas
ſebeſten añ.xx.numero
Coque in aqua: id eſt ſucco cucurbite vel in
aqua decoctionis eius: vel in aqua decoctio
nis ſeminis eius vſq; ad tertiam; et cum
zuc.lb.i.ſ.
Fiat ſirupus

Hic plures dātur
de iſto ſirupo d̄ſcri

Sirupus de papauere
D.M.

ptiōes: ſed iſta pr
ma eſt illa que re
peritur in vſu.

℞.papaueris albi
papaueris nigri añ.ʒ.lx.
decoquantur in lb.iiij.aque pluuialis: vſq;
dum redeant ad lb.i.ſ. ⁊ cum
zuccare
penidiarum añ.lb.ſ.
Fiat ſirupus.

Gloſa notanda.

¶ Circa modum confectionis huius ſirupi
attēde q̄ debes accipere capita papaueris
albi ⁊ nigri ſimul cū ſemine in q̄bus ſit me
diocritas inter paruitatē ⁊ magnitudinē: ⁊
humiditatē ⁊ exſiccatōeȝ. Et primo debēt
infūdi in aqua: ⁊ ibi dimitti per diē ⁊ noctē
Et ſi ſint multū ſicca: debent plus dimitti.
Et ſi ſint humidiora minus. Et poteſt con
fici iſte ſirupus cū melle aut cū zuc. ſȝ diuer
ſas medicorū intentōes: vt dictū eſt de dya
codio ſupra in lr̃a D. Et pro boteca debes
tenere iſtū ſirupū factū cū melle. ⁊ ſimiliter
cū zuc. in diuerſis vaſ. Iſta recepta tñ cōi-
ter ī libris ē defectuoſa circa q̄ntitatē zuc. ⁊
penidiarū: q: cōiter ſcribit q̄ cōdiat iſte ſi
rup⁹ cū penidiarū ⁊ zuc. añ.ℨ.iiij. Et reuera
non eſſet ſatis: niſi deȝ ꝑparari recēs vbi po
neretur tā parua quantitatis ipſorū ſolū ad
dulcorandū. ſed vbi conderetur pro boteca
⁊ deberet conſeruari: oporteret plus appo
nere de zuc. ⁊ penidijs.

Nō eſt in vſu: nec
p̄parat⁹ reperitur

Sirupus alius de papauere
D. eiuſdem.

℞.capitū papaueris albi: capitū papaueris
nigri āborū ſimul cū ſemine ſupple añ.ʒ.l.
capillorum veñ.ʒ.xv.
liquiricie.ʒ.v.
iuiubas.xxx.
ſeminis lactuce.ʒ.xl.
ſeminis malue
ſeminis citoniorum añ.ʒ.vi.
Coque in.iiij.lb.aque vſq; ad duas.
Et cum
zuc.
penidiarum añ.ℨ.viij.
Fiat ſirupus.

Nō eſt in vſu: nec
p̄parat⁹ reperitur

Sirupus alius de papauere
D.N.

℞.papaueris albi.ʒ.xl.
capillorum veneris
ſeminis malue
ſeminis citoniorum
ſeminis cucume.indi añ.ʒ.xviij.
iuiube.ʒ.xx.
penidiarum.ℨ.iij.
zuc.alexandrini.id eſt conſerue
roſarum lb.ij.ſ.
Fiat ſirupus.

Sirupus mirtinus qui fit de
granis mirti. D.M.

Fit ſicut ſirupus de agreſta.

Sirupus alius mirtinus D.N.

℞.mirtilorum.ʒ.xx.
ſandali albi
ſumach
ballauſtie
berberis an̄.ʒ.xxx.
meſpilorum.ʒ.L.
aque vel ſucci malorum granatorum
acetoſorum vel muſorum
aque vel ſucci malorum agreſtium an̄.lb.ij.
Omnia in dictis ſuccis coquantur:ꝛ cum
zuc.lb.v.
Fiat ſirupus.

Sirupus contra omnem fluxum ventris.D.N. Non eſt in vſu

℞.zuc.lb.i.
aque roſ.vel pluuialis lb.i.ſ. In alio lb.ij.ſ.ꝛ melius.
In hac aqua coquantur iſta
℞.mirtilorum.ʒ.i.
roſarum
ſumac
acaſſie
ballauſtie
ypoquiſtidos
ſpodij an̄.ʒ.ſ.
citoniorum
ſorbarum immaturarum an̄.numero.x.
meſpilorum viridium numero.v.
liquiricie
dragaganti
gummi arab an̄.ʒ.ſ.
Que ſunt teranda terantur.oīa iſta bulliant in ſupradicta aqua donec ad lb.i.redeant. poſtea totū coletur.Et iterū ſupra ignem ponatur cū ſupradicto zuc.Et fiat ſirupus pfecte coctus ꝛ diligenter clarificatus.

Gloſa notanda.

¶Loco aque roſ poſſunt iſta bulire in aqua pluuiali aut in aqua extinctōnis calibis aut in aqua plātaginis. Iſte aūt ſirupus non eſt vſualis.Sed apotecarij noſtri faciunt quendam alium ſirupum quem appellant ſirupum de rib.compoſitum qui non parum differt ab iſto: ſed iſte apud me cenſetur eligibilior:ſed poſſunt componere iſtum vel illum vtercꝫ bonus eſt:ꝛ vtrorūcꝫ compoſitio eſt bona. Et poſſunt ip̄m appellare aut ei imponere noīa ſm voluntatē eoꝝ:ſcilꝫ ſirupū de rib. vl ſirupū reſtrictiuū aut aliter quomodocūcꝫ voluerint:q: in nullo eoꝝ ingreditur ribes.necꝫ ribes eſt.ibi baſ.licet forte aliud qđ cum ribes conueniat in virtute.

Sirupus acetoſus ſimplex. D.M. Non eſt in vſu

℞.zuc.albi partes.v.
Funde ſuper illud in vaſe lapideo aq̄ fontis clare partes.iiij.
Decoque ſemper abijciendo ſpumā eius ꝛ ſit ignis ſine fumo ꝛ flamma donec clarificetur ꝛ aque medietatis conſumat̃. Deinde funde ſuper ip̄m aceti vini albi ptes.ij. in debili:ꝛ in forti ptes.iiij.ꝛ ī mediocri ptes.iij.Et coq̄ donec pficiatur decoctio.

Gloſa notanda.

¶Iſte ſirupus eſt multum famoſus:ꝛ vbicꝫ preparatus reperit̃.Scđm quā tn̄ ꝓportionē debeat cōſeruari in boteca Credo ꝙ in ꝓportione dupla aceti:q: poteſt fortificari totiens quotiens addendo ſibi de aceto. debet tn̄ ſemp exhiberi patienti in proportione magis placida:vt notauimus ſupra i oximelle ſimplici.

Sirupus acetoſus compoſitus ſiue ſirupus acetoſus de radicibus.D.M.

℞.aque fontis clare lb.x.
Et proijce deſuper radicum
feniculi
apij
endiuie an̄.ʒ.iij.
ſeminis aniſi
feniculi
apij an̄.ʒ.viij.
ſeminis endiuie.ʒ.ſ.
Coquantur cum facilitate donec redeāt ad lb.v.tunc proijce ſuper ipſum
zuc.albi lb.iij.
Clarificetur ſicut primus.Et adde de aceto q̄titatem ſufficientē iuxta modū doctrine precedentis in ſirupo acetoſo ſimplici.

Gloſa notanda.

¶Hunc ſirupum vocat Auiceñ ſirupum acetoſum cōitatis cū ſeminibus. Alij vocant ip̄m ſirupū acetoſum cū radicibus: vt meſue.ꝛ alij aliter ip̄m appellant.Pro quo attende ꝙ iſte ſirupus ꝓprie appellat̃ ſirupus acetoſus cōpoſitus:qn̄ componitur cū aceto.Sed ꝓprie dꝫ vocari ſirupus de radicibus qn̄ cōponitur ſine aceto.Auiceñ vocat ip̄m ſirupū acetoſum cōitatis cū ſeminibus:ꝓpter ſemina q̄ ingrediuntur.

Sirupus acetoſus de ſuccis herbarum.D.M. Non eſt in vſu

℞.ſuccorum ſirupi dinarij partes.iij.
aceti partem.i.
zuc.quod ſufficit

Sirupus acetoſus de ſuccis fructuum.D.M.

℞.ſucci granatorum muſorum
ſucci granatoꝝ acetoſorum an̄.partes.iij.
Coque cum facilitate vſcꝫquo ſit eius pars tertia diminuta.ꝛ tunc dimitte p duos dies vſcꝫ dū clareſcat.Et accipe eius partes.ij.

iulep partes.iij.
vel plus vel minus ⁊ pfice coctiōem in eo

Non eſt in vſu. Sirupus acetoſus de ſuccis ⁊ aquis fructuum.D.M.

℞.ſucci citoniorum
⁊ malorum
⁊ pirorum
⁊ granatorum muſorum
⁊ zazur añ.partes equales
aque decoctionis ſumach:⁊
berberorum añ.partem.i.ſ.
zuc.partes.iij.
Fiat vt in recepta precedenti.

Non eſt in vſu. Sirupus acetoſus de citonijs.D.M.

Accipe ſucci citoniorum acetoſorum depurati ⁊ clarificati partes.x.
aceti partem.i.ſ.
zuc.partes.ij.
Fiat ſirupus.

Non eſt in vſu. Sirupus acetoſus de pomis.D.M.

Fit ſicut ſirupus acetoſus de citoñ.

Non eſt in vſu. Alius D.eiuſdem.

Accipe ſucci malorum acetoſorum
ſuccis vue agreſte
ſucci granatorum acetoſorum añ.lb.i.
aque roſ
aque infuſionis tamarindorum:⁊
prunorum añ.lb.i.ſ.
ſucci endiuie cocti ⁊ depurati
aceti añ.lb.ij.
zuc.lb.viij.
Supercondias cum.ʒ.ij.camphore.

Non eſt in vſu. Alius D.eiuſdem.

Accipe ſucci pomorum acetoſorum.lb.i.
ſucci acetoſitatis citri lb.ſ.
iulep lb.ij.
Et quandoq; ſubmergitur in ſuccis ceta intincta in kermes.

Non eſt in vſu Sirupus acetoſus de prunis.D.M.

Intellige de aqua decoctionis ℞.aqua prunorum acetoſorum
aqua tamarindorum
ſucci granatorum acetoſorum añ.lb.i.
aqua:id eſt ſucci acetoſitatis
citri lb.ſ.
Coquantur cum facilitate. Et ſi rupentur cum lb.i.zuc.

Non eſt in vſu Sirupus acetoſus de teremabin.D.M.

Accipe teremabin.ʒ.iij.
Pone in vaſe lapideo ⁊ funde deſuper ſucci endiuie cocti ⁊ depurati lb.ij.bulliant ebullitiōe vna.deide frica manibus ⁊ cola.deide accipe
aque roſ
ſucci granatorum muſorum añ.lb.i.
ſucci vue agreſte
ſucci acetoſitatis citri añ.lb.ſ.
zuc.lb.iij.
Fiat ſirupus.

Sirupus acetoſus laxatiuus.D.M. Non eſt in vſu

℞.pruna ſicca
ſebeſten añ.L.numero
tamarindorum lb.ſ.
ſucci vue acerbe
ſucci acetoſitatis citri añ.lb.ſ.
zuc.lb.iij.
Fiat ſirupus.

Sirupus de endiuia D.gentilis de fuligeneo

℞.ſucci endiuie
ſucci epatice añ.lb.iij.
Clarificent predicti ſucci ad ignem vt expedit
roſarum
violarum
lenticule aque
politrici añ.ʒ.ſ.
capillorum veneris
ordei mundati
ſeminum cōium frigidorum añ.ʒ.i.
zuc.quod ſufficit.
Fiat ſirupus.Et aromatizetur cum
ſandalis albis:⁊
rubeis
berberis
ſemine citoniorum
ligno aloes
cinamomo
cortice citri

Gloſa notanda.

Iſte ſirupus eſt vſualis multum.Et vbiq; preparatus reperitur.Et q: eius deſcriptio ab auctoribus non reperitur.ego autē quia legi a xpoforo georgio in addit. ſup meſ.q fuit eius inuentor gentilis ⁊ q vidit receptam eius propria manu ſcriptam: ideo hic ego hoc inſerui.

Sirupus de arthemeſia.D.iohannis mathei in expoſitione ſupra nonū adalmenſſorē ca.de prouocatione menſtruoꝝ.

℞.arthemeſie.M.ij.
pulegij
calamenti
origani
meliſſe
perſiccarie
ſauine
ſanſucci
camedreos

perforate
camepiteos
matricarie cum flore
centauree minoris
ruthe
bethonice
buglosse
radicum feniculi
apij
petroselini
ſperagi
bruſci
ſaxifrage
enule
diptami
cyperi
rubee tinctorum
yreos
pionie añ. M. i.
ſeminis iuniperij
leuiſtici
petroſilij
apij
aniſi
nigelle
carpobalſami
coſti
azari
piretri
caſſielignee
cordumeni
calami aromatici
ſu añ. ℥. ſ.

Hic azarū dʒ tātū pulueriſari ꝙ repat ad vias vrine ⁊ ſit magis ꝓuocatiuum ꝙ ſolutiuū.

Conquaſſantur ⁊ infundantur in aqua fluuiali ſufficienti per diem ⁊ noctem. poſtea decoquatur ad medietatis aque conſumptionem. Et tūc deponatur ab igne: donec aq̄ tepuerit. Et tunc cum manibus fricentur i ipſa aqua. ⁊ poſtea colentur. ⁊ in colatura addatur
mellis. ⁊
zuc. quod ſufficit.
Decoque ad perfectionem. Et interdū additur de aceto acuto vel ſquilitico magis et minus ſm voluntatē. Et aromatizet cum cinamomo. ⁊
ſpica.

Gloſa notanda.

Apotecarij noſtri habent alium ſirupū de arthemeſ multum in vſu: ſed cuius ſit neſcio. ſi placet componere iſtū que eſt bene magiſtralis poterūt facere: ſinautem faciat quilibet ſuo modo.

Finit particula decimaoctaua

Decimanona particula ſecundi libri Incipit

ſ

Equitur in hac particula de littera T. que ad litteram S immediate ſubſequitur in ordine lrarū minoris alphabeti. Erūt autem in hac particula ſr̄te ſequentes.

Tyriaca Gal. D. N.
Tyriaca andromachi. D. Auic. in. v. canoñ.
Tyriaca dyateſſereō. Cuius due ponuntur recepte.
Trifera Gal. D. M.
Trifera magna. D. N.
Trifera maior ex arte ſunamis. D. M.
Trifera minor. D. M.
Trifera muſcata. D. M.
Trifera ſaracenica. D. M.
Trifera perſica. D. M.
Triaſandali. D. N.
Trionſilon. D. N.
Teodoriton emperiſton. D. N.
Teodoriton anacardinum. D. N.
Trociſci dyarodon ſiue de roſ. Cuius quattuor ponuntur deſcriptiones.
Trociſci dyani ſiue de violis. D. N.
Trociſci ydiocri. D. N.
Trociſci crocomagmatis. D. N.
Trociſci ſquilitici. D. N.
Trociſci de tyro. D. N.
Trociſci dyacorali. D. N.
Trociſci de camphora. Cuius due ponūtur deſcriptiones
Trociſci alkekangi. D. M. Cuius tres ponuntur deſcriptiones.
Trociſci de mirra. D. N.
Trociſci de gallia muſcata. D. M.
Trociſci de gallia ſebellie. D. M.
Trociſci de gallia elephangina. D. M.
Trociſci de gallia magna ſiue de gallia regali. D. M.
Trociſci ramich. D. M.
Trociſci de reubarbaro. D. M.
Trociſci de ſpodio. D. M.
Trociſci de ſpodio cum ſemine acetoſe: q̄ dicuntur reſtrictiui. D. M.
Trociſci de berberis. D. M. Cuius due ponuntur deſcriptiones.
Trociſci de abſinchio. D. M.
Trociſci de eupatorio. D. M.
Trociſci de aniſo. D. M.
Trociſci de lacca. D. M.
Trociſci de terra ſigilata. D. M.
Trociſci de croco. D. M.
Trociſci de arſenico. D. M.
Trociſci de agarico. D. M.
Trociſci de turbith. D. M.
Trociſci de ſerap̄. D. M.

Trociſci alhandal.D.M.
Trociſci de ſandalis.D.M.Cuius due ponuntur ſrte.
Trociſci hameth.D.M.
Trociſci de cypero.D.M.
Trociſci de ligno aloes.D.M.
Trociſci de caperibus.D.M.
Trociſci de karabe.D.M.

Tyriaca magna Galieñ. quam ponit Nicolaus.

℞.trociſcoꝝ ſquiliticoꝝ.ʒ.ij.℈.ij.
piperis longi.ʒ.ij.
trociſcoꝝ tyri
trociſcoꝝ dyacorali añ.ʒ.i.℈.i.
xilobalſ.℈.ij.gra.vij.
opij
agarici
roſarum
yris
ſcordeon
ſeminis rape ſiluatice
cinamomi
oppobalſ añ.℈.i.gra.xiiij.
reubarbari
croci
ſpice
coſti
ſquinanti
zinziberis
caſſielignee
ſtoracis calamite
ſticados
polij
raď pentafilon
petro
piperis albi añ.℈.i.gra.vij.
folij
gummi arab.
calcanti vſti
ſerapini
terre ſigilate
ypoquiſtidos
celtice
acori
camedrei
genciane
meu
carpobalſami
apij
amomi
marati
carui
ſiſelei
naſturcij
ſeminis aniſi
ypericon añ.℈.i.
mummie
caſtorei
oppoponaci
aſpalti
galbani
centauree minoris
ariſtologie longe
dauci ſiluatici añ.℈.i.
mellis quod ſufficit.

Gloſa notanda.

